0

DE
SCRIPTORIBUS RERUM AUGUSTI TEMPORIBUS GESTARUM QUAESTIONES SELECTAE.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ALMA LITTERARUM ACADEMIA REGIA MONASTERIENSI

RITE IMPETRANDOS

DIE XIV. MENSIS AUGUSTI A. MDCCCLXXVII

PALAM DEFENDET

SCRIPTOR

CAROLUS SCHRADER

GUESTFALUS.

MONASTERII,

FORMIS THEISSINGIANIS.

MDCCCLXXVII.

PATRI DILECTISSIMO

S.

1. Quaeratur primum — quatenus comparatis aliis testibus hac de re iudicari potest — in quantum sit Joanni Laurentio Lydo in eis fides habenda quae de imperatoris Octaviani Augusti vita temporibusque libris ab eo conscriptis intexta invenimus. atque primum quidem in excerptis ex libro de mensibus 3, 39 in. haec legimus: *ὅτι Αὔγουστος τὸν τοῦ Σοφοκλέους Αἴαντα εἰς τὴν πάτριον φωνὴν μετήνεγκεν· εἶτα ἀκμαζούσης αὐτῷ μετὰ τὴν πρακτικὴν καὶ τῆς ἐκ λόγων ἀρετῆς ὡς ἀναξίαν ἐκ παραβολῆς πρὸς Σοφοκλέα τὴν ἑαυτοῦ διεγίνωσκε τραγῳδίαν, ταύτην ἐξήλειψεν. εἶτα ἐρωτηθεὶς πρὸς τοῦ Κικέρωνος, παρ᾽ ᾧ μετὰ σπουδῆς ἐπαιδεύετο, ποῦ τυγχάνοι ὁ γραφόμενος Αἴας αὐτὸν ἀστείως ἅμα καὶ νουνεχῶς ἀποκρίναθαι σπόγγῳ τὸν αὐτοῦ Αἴαντα καθάπερ σιδήρῳ τὸν τοῦ Σοφοκλέους περιπεσεῖν*, quibuscum in universum conferri potest quod Suetonius tradit Aug. 85 fin. pag. 75, 31 sqq. ed. Roth. ‚[Augustus] tragoediam magno impetu exorsus non succedenti stilo abolevit quaerentibusque amicis quidnam Aiax ageret respondit Aiacem suum in spongeam incubuisse‘ et quod Macrobius sat. 2, 4, 2 ‚[Augustus] Aiacem tragoediam scripserat eandemque quod sibi displicuisset deleverat. postea L. Varius tragoediarum scriptor interrogabat eum quid ageret Aiax suus. et ille „in spongeam“ inquit „incubuit“‘ cl. Suid. v. *Αὔγουστος Καῖσαρ*. pro ‚amicis‘ igitur Suetonii Macrobius L. Varium, Lydus autem Ciceronem ponit, quem falso Augusti praeceptorem fuisse statuit; praeterea Augustum Aiacem Sophocleam imitatum quidem, sed non verbum verbo interpretatum reddidisse credibile est. —

quod dein sequitur: *καὶ τοσαύτη τις αὐτῷ φροντὶς οὖσα περὶ λόγους ἐτύγχανεν ὡς ἄρχοντος ἀπαιδεύτου γράψαι πρὸς αὐτὸν δημοσίαν τολμήσαντος ἐπιστολὴν οὕτως ἀγανακτῆσαι ὡς παραλῦσαι τῆς ἀρχῆς ἀπαίδευτον* cf. cum Jo. Antiocheno fr. 78 §. 4 fin. (in Muelleri fragm. histor. Graec. 4 p. 569): *περὶ δὲ ὀρθογραφίαν ἐσπουδάκει ὥστε καὶ διάδοχόν τινι τῶν ἀρχόντων ἔπεμψεν, ὅτι αὐτῷ ἐπιστέλλων τῆς ὀρθῶς ἐχούσης ἐσφάλη γραφῆς.* optime certe hoc a duobus his relatum convenit cum eis quae legimus apud Suetonium ib. 84 in. ‚eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello [hanc rem Suetonius ex ‚quibusdam historicis', inter quos fortasse erat Cornelius Nepos — cf. Suet. Aug. 77 in. — hausisse se ait rhet. 1 p. 268, 27 ed. Roth. = p. 121, 4 ed. Reiff.] in tanta mole rerum et legisse et scripsisse et declamasse cotidie traditur' (unde provenerunt quae habet Victoris epitomator q. v. 1, 17 qui tamen, quod Suetonius Mutinensi bello fecisse Augustum refert, id in universum de bellorum temporibus dicit) et 89 p. 77, 30 sqq. ‚ingenia saeculi sui omnibus modis fovit etc.' — tum Lydus pergens *καὶ μέτρον δὲ* inquit *καὶ ὅρον ταῖς τε εὐωχίαις καὶ ταῖς προιξὶν ἔθηκε πρῶτος ἐπὶ τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ τοῦτο ποιήσας*: ad quales res spectare putanda sunt verba Suetoniana Aug. 34 in. ‚leges retractavit et quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam'; cf. Dio 54, 2, 3 Gellius 2, 24, 14 (cf. §. 15). — quod denique in eiusdem cap. fine Lydus tradit: *τῆς δὲ τῶν ὑπηκόων ἐλευθερίας τοσοῦτον ἐφρόντιζεν ὥστε τινὸς τῶν κολάκων ἐπὶ τῆς βουλῆς δεσπότην αὐτὸν ὥσπερ ἐν ὑπεροχῆς τρόπῳ καλέσαντος αὐτὸς ἐξαναστὰς „ἐγὼ δὲ" ἔφη „ἐλευθέροις ἀλλ' οὐ δούλοις ἔμαθον διαλέγεσθαι"*, idem narrat mag. 1, 6 p. 126, 4 ed. Bonn. hisce verbis: *Αὔγουστός ποτε, ἢ τάχα Τιβέριος ὁ μετ' αὐτόν, πρὸς ἑνὸς τῶν κολάκων δεσπότης ὀνομασθεὶς ἐξαναστὰς ἀφῆκε*

τὸν σύλλογον ἀπαξιώσας, ὡς ἔφη, δούλοις διαλέγεσθαι. Suetonius autem de Augusto hoc dicit Aug. 53 in.[1]) ,domini appellationem ut maledictum et opprobrium semper exhorruit. cum spectante eo ludos pronuntiatum esset in mimo: „o dominum aequum et bonum!" et universi quasi de ipso dictum exsultantes comprobassent, et statim manu vultuque indecoras adulationes repressit et insequenti die gravissimo corripuit edicto; dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel ioco passus est atque eius modi blanditias etiam inter ipsos prohibuit' (cf. Dio 55, 12, 2 Philo leg. ad C. 23 Ovid. fast. 2, 142), hoc de Tiberio Tib. 27 p. 99, 1 sq. ,dominus appellatus a quodam denuntiavit ne se amplius contumeliae causa nominaret' (cf. Dio 57, 8, 1. 2.)

Dein 4, 72 ib. hoc Lydi excerptum servatum est: *Ὀκταβιανὸς υἱὸς Ὀκταβίου νίκας πεποιηκὼς μεγάλας πολλοῖς ὀνόμασιν ἐτιμᾶτο· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον Κυρῖνον, οἱονεὶ Ῥωμύλον, ἄλλοι Καίσαρα, ψήφῳ δὲ κοινῇ ἀρχιερέων καὶ τῆς βουλῆς Αὔγουστος ἐπεκλήθη. Αὔγουστον δὲ Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν πάτριον σημασίαν καλοῦσι τὸν καθιερούμενον καὶ θεῶν αὐγουρίῳ προαγόμενον*: in universum idem traditur a Suetonio Aug. 7 fin. p. 40, 26 sqq. ,Gai Caesaris et deinde [cf. Dio 45, 5 in.] Augusti cognomen assumpsit,

---

1) unde Tertullianus apolog. 34 in. ,Augustus . . ne dominum quidem dici se volebat' et Orosius 6, 22 (ed. Haverc. p. 448) ,domini appellationem u t h o m o [deum solum merito appellari dominum censet Orosius utpote christianus; eadem de causa Tertull. l. l. addit ,et hoc enim dei est cognomen') declinavit. nam cum eodem spectante ludos pronuntiatum esset in quodam mimo: „o dominum aequum et bonum!" universique quasi de ipso dictum esset exsultantes adprobavissent, statim quidem manu' — et reliqua Suetoniana ad verbum. — — aut ex Orosio aut ex ipso Suetonio deprompta sunt quae leguntur in ,graphia aureae urbis Romae' haec verba ,cum populus dominum illum [August.] vocare decrevisset, statim manu et vultu repressit nec etiam a filiis suis dominum se appellari permisit'.

alterum testamento maioris avunculi[2]), alterum Munati Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere quasi et ipsum conditorem urbis praevaluisset ut Augustus potius vocaretur, non tantum novo sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicantur, ab auctu vel ab avium gestu gustuve, sicut etiam Ennius docet scribens [ann. 494] „Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est"'. videamus primum de priore Lydianorum parte usque ad vocem *ἐπεκλήθη* pertinente. quae Lydus dicit a Suetonio omissa *υἱὸς Ὀκταβίου* (quod Suet. iam cap. 3 in. dixerat) et *νίκας πεποιηκὼς μεγάλας*, haec ipsa Aurelius quoque Victor addiderat[3]) (cf. epit. 1, 2 ‚Octavianus patre Octavio . . genitus . . . ob victoriam Augustus cognominatus est' et Caes. 1, 1 ‚Octavianus patre Octavio . . . [4]) ob victoriam . . . Augusti cognomento dictus'), praeterquam quod Victor — accuratius quam Lydus — victoriam Augusti solius inditi cognominis causam fuisse significarat; ceteroqui Lydus ex parte conspirat cum Servio ad Aeneidos 1, 292 ‚adulans populus Romanus Octaviano tria ei obtulit nomina, utrum vellet Quirinus an Caesar an Augustus vocari. ille ne unum eligendo partem laederet quae aliud offerre cupiebat diverso tempore omnibus usus est et primo Quirinus dictus est, inde Caesar et post,

---

2) cf. de hac re praecipue Dio 45, 3 fin, 46, 47, 4—8; praetera Florus 2, 15, 1 Velleius 2, 59, 1.

3) has tamen cognominis illius causas profert Cassiodorus — secundum Livii annales — chron. ad a. 727 ‚Caesar leges protulit, iudices ordinavit, provincias disposuit et ideo Augustus cognominatus est'.

4) quod hoc loco continuo sequitur ‚atque adoptione magni avunculi Caesaris cognomento dictus' = ep. 1, 2' . . adoptione vero Gai Caesaris maioris avunculi Gaius Caesar dictus' debuit Victor Suetonio l. l. ‚alterum testamento maioris avunculi'.

quod et obtinuit, Augustus, sicut et Suetonius probat et in Georgicis ostendit Vergilius. nam cum de Gangaridum victoria diceret, qui iuxta Gangem sunt quique ab Augusto victi sunt, ait: „victorisque arma Quirini“ [g. 3, 27]‘ et ad Georgicon 3, 27 ‚ut etiam in primo Aeneidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat quodam tempore tres partes populi consentiente senatu obtulisse ei tria nomina Quirini Augusti Caesaris. ille ne unum eligendo alias offenderet partes primo Quirinus est dictus, inde Caesar, post in nomine permansit Augusti.‘ [5]) Augustus appellatus est senatus consulto, ut dicunt ipse Octavianus in indice rerum a se gestarum 6, 16 et Florus extr. (idemque ex Suetonii verbis apparet), senatus populique consensu (hac de re vid. Mommsenus l. l. 2,

---

5) contra ad Aeneidos 6, 793 Servius non dicit nisi ‚Augustus Caesar hoc nomen accepit a patre adoptivo [et recte quidem — cf. v. c. App. b. c. 1, 5 p. 446, 14 sq. ed. Bekk. 3, 11 p. 658, 3 sqq. Suet. l. l. — velut etiam Lydus mag. 2, 3 p. 168, 4 sq. [ὁ *νέος Καῖσαρ*] *πλέον ἔχων παρ' ἐκείνους* [sc. *Ἀντώντον καὶ Λέπιδον*] *διὰ τὸ Καίσαρος ἐπώνυμον ὃ περιὼν ἔτι* †) *ὁ θεῖος αὐτῷ περιέθηκε*, qui tamen perverse pro adoptione hoc adicit consilium apud principes ex Hadriano demum obtinens (Mommsen. de iure publ. Rom. 2, 1044 sq.) *διάδοχον ἑαυτοῦ καταλεῖψαι ψηφισάμενος* ††)]: nam ante Octavius dictus est a patre Octavio, post Augustus Caesar‘ (cf. Dio 45, 5 in. Eutropius 7, 1 ex quo Orosius 6, 18 in. p. 428/9.)

†) testamento: cf. Suet. l. l. et Caes. 83 p. 35, 7 Livii per. 116 Nic. Dam. vit. Caes. 13. 17 (in Muelleri fragm. 3, 433. 436) Vellei. 2, 59, 1 Plut. Brut. 22 Flor. 2, 15, 1 App. b. c. 1, 5 cit. 2, 143 in. p. 641, 6 sqq. 3, 11 p. 657, 26 sqq. Dio 45, 3 schol. Bern. ad Verg. Ecl. 4, 36 ‚Julius Caesar . . Octaviano per testamentum nomen suum [hic eodem atque Lydi errore adicitur ‚et regnum‘] tradidit‘ Obsequ. c. 68 in. ed. Jahn. Eutrop. 7, 1 (ex quo Oros. p. 428/9).

††) ceterum milites Caesariani contendebant Octavianum a Caesare testamento successorem designatum esse secundum Nicol. Dam. v. Caes. 30 vers. init. (ap. Mueller. 3, 452).

731 in adn. 2) auctoribus Velleio 2, 91, 1 [6]) Dione 53, 16 6 Censorino de die nat. 21, 8 — quibus addi potest Servius ad Georg. l. l., qui altero illo loco (ad Aen.) populi solius mentionem facit — et quidem L. Munatii Planci sententia testibus Suetonio Velleio Censorino ll. ll.: secundum Lydum pontificum et senatus, sec. Victorem (v. Caes. l. l.) ‚procerum' consulto. antea Caesar dictus erat secundum Suetonium (quem sequitur Victor) et quos dixi alios. quod autem ad tertium illud nomen attinet, non re vera Quirinus vocatus est, sed hoc vel potius Romuli cognomen, si Suetonio et Floro ll. ll. credimus, quidam ei senatores, si Dioni 46, 47, 7, ipse Caesar sibi imponere cupivit: quod tamen plerisque displicuit; male vero Rothius ad Servianos illos locos animadvertit Suetonium non de Quirini sed de Thurini cognomine (Aug. 7 in.) loqui (in edit. Suet. p. 287): quod ad hanc rem non pertinet. — altera capitis parte Lydus quid significet vocabulum augustus et eodem quidem modo docet quo Suetonius Florus ll. ll. Dio 53, 16, 8 Ovidius fast. 1, 609 sq. cf. 611 Pausanias 3, 11, 4 fin. Eusebius chr. lib. 1 paginul. 69, 34 sq. ed. Schoen. Vegetius 2, 5 Cedrenus t. 1 p. 294, 10. 300, 24 ed. Bonn. Cyrillus denique et Philoxenus (Cyrilli Philoxeni aliorumque veter. glossaria Latino-Graeca a C. Labbaeo collecta p. 19, Graeco-Latina p. 167) — discrepat unus Orosius 6, 20 p. 442, qui illud nomen apicem imperii declarare dicit — (qua ex interpretatione huius vocabuli pontificum quoque commemoratio apud Lydum explicanda est). originationes quidem vocis ‚augustus' Suetonius l. l. duas indicat ‚ab auctu vel ab avium gestu gustuve' (cf. Lydus mag. 1, 23 p. 139, 5) pedissequus ille in hac re M. Verrii Flacci: vid. primum Paulus v. augustus ‚augustus locus sanctus [cum utroque

6) Vellei ubique sequor editionem ab Halmio curatam.

notabiliter concinit Ovid. l. l.] ab avium gestu, id est quia ab avibus significatus est, sic dictus, sive ab avium gustatu, quia aves pastae id ratum fecerunt'. sed alteram quoque quam proponit derivationem ,ab auctu' desumpsit e Verrii opere: quam etiam in Verrii librorum excerptis a Festo confectis lectam fuisse Paulus testis est, non in eo quidem libello quo ex professo Festi opus in brevius coegit sed in historia Romana, eadem neglegentia qua illo loco unum, hoc alterum solum afferens e duobus veriloquiis a Festo ex Verrio prolatis. mea enim sententia Paulus quae dicit Orosianis interposita p. 49 ed. Mur. (p. 171, 13 ed. Eyssenh.) ,eo quod rem publicam auxerat' — quae verba Bauchius (de Pauli Diaconi historia Romana Gotting. 1873 p. 14) hunc vocabuli explicatum ante Paulum nusquam dicens inveniri ipsi Paulo tribuenda existimavit, quorum originem Droysenus non quidem ab ipso Paulo sed tamen ex fonte ignoto repetendam censuit (quaest. de reb. German. vol. 15 p. 171) [7] — ex Festi adnotatione falso conclusit, cum ,augere' sacrorum esse verbum (v. Casaub. ad h. Suet. l.) eum fugeret (cf. Ovid. l. l. 612, qui tamen ,augere' et 611 ,augurium' ab augusto e contrario

7) praeterea accuratissimae Droyseni de Pauli historiae Rom. fontibus disputationi (ib. p. 167 sqq.), quod ad Augusti aetatem a Paulo, sicut ab ipso eo quem potissimum exscripsit Eutropio, libri septimi initio tractatam attinet (apud Droys. p. 171), haec videntur esse addenda. in ea parte ex Eutropio sumpta quae inde a vocibus ,Caesaris nepos' usque ad has ,ipse se interemit' pertinet praeter verba ,apud Mutinam' a Paulo interpolata etiam mutatio verborum Eutropianorum (7, 5) ,eo ipso die' in ,ea scilicet die' (p. 48 = 165, 27 sq.). — cf. Oros. p. 433 — Orosium quoque a Paulo inspectum esse declarant. dein fugit Droysenum adnotationem Pauli (p. 52 = 179, 24 sq.) ,sepultus Romae est in campo Martio' Eutropio (7, 8) deberi; enuntiatum denique ,his diebus trans — fluxit' non ex Or. 438 sed 435 oriundum est.

derivat). Paulum etiam in historia quam composuit Langobardorum identidem excerptis ex Festi opere factis usum esse Waitzius adnotavit in Goett. gel. anz. 1876 p. 15, 20[8]).

Tum 4, 80 ib. leguntur haec: *τῇ πρὸ τεσσάρων νωνῶν Σεπτεμβρίων ἐνίκησεν ὁ Αὔγουστος παρὰ τὸν Λευκάτην τοὺς Αἰγυπτίους μετὰ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας.* diem hunc pugnae Actiacae comprobat Dio 51 in. *τοιαύτη τις ἡ ναυμαχία αὐτῶν [Ἀντωνίου καὶ Αὐγούστου] τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγένετο.* reliqua concordant cum Malala 8 p. 197, 12 sqq. ed. Bonn.: . . *Αὐγούστου Καίσαρος τοῦ καὶ Ὀκταβιανοῦ Σεβαστοῦ Ἰμπεράτορος τοῦ νικήσαντος τὸν Ἀντώνιον καὶ τὴν αὐτὴν Κλεοπάτραν ἐν τῇ ἐπὶ χώρᾳ ναυμαχίᾳ εἰς τὸν Λευκάτην τόπον* et 9 p. 219/220: *φθάσας [ὁ Ὀκταβιανὸς] τὴν Ἤπειρον χώραν εἰς τόπον λεγόμενον Λευκάτην συνέκρουσε τῷ Ἀντωνίῳ καὶ τῇ Κλεοπάτρᾳ πόλεμον ναυμαχίας μέγαν,* qui haec deinde adicit verba, illo loco v. 16 sq. *καθὼς Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου καὶ Παυσανίας οἱ χρονο-*

8) suspecta quidem visa sunt Suetonii verba inde a ‚quod loca‘ usque ad ‚Roma est‘ Cannegietero Oudendorpio Ruhnkenio Ernestio Lindemanno Fr. A. Wolfio Baumgarten-Crusio Rothio, et Ruhnkenius et Wolfius ea (praeeunte Graevio) ‚assuta‘ pronuntiaverunt ‚ex Paulo Festi epitomatore‘. ‚at saltem‘ inquit merito Car. Odofr. Muellerus ad l. d. Pauli ‚cum quae Suetonius affert Pauli excerptis pleniora sint ea vel ex Festo, ut censet Lindemannus [et Baumgarten-Crusius], vel ex ipso Verrio ab interpolatore desumpta esse statui debebat‘. neque vero minus Muellero in eis quae tum adicit prorsus assentior ‚nescio tamen an ipse Suetonius haec e Verrii libris apposuerit, grammaticus homo [ita ubi — probabiliter, quae est Rothii Reifferscheidiique opinio, in opere cui sic erat vel similiter inscriptum ‚de Romanorum institutis moribusque‘ — de triumpho agebat etymon eius vocabuli explicaverat vid. Isidor. orig. 18, 2, 3] et qui etiam in aliis operibus Verrium secutus est. Diomedes 1 pag. 362 P. [fragm. 207 ed. Reiff.] ‚inchoavi ab inchoo. . . at Verrius et Flaccus in postrema syllaba adspirandum probaverunt. Tranquillus quoque his assentiens libello suo plenissime aedem incohatam ita disseruit‘.

γράφοι συνεγράψαντο, hoc p. 220, 1 sqq. *καθὼς Βεργίλλιος ὁ σοφὸς ἐν τῇ αὐτοῦ ἀσπιδοποιίᾳ συνεγράψατο εἰς τὸν ὄγδοον αὐτοῦ λόγον:* at Eusebius (ex Porphyr. Tyr.) hoc proelium vocat Actiacum chr. lib. 1 paginul. 170 (= 169), 18 (Porph. T. fr. 7 §. 10 ap. Muell. 3, 724), Pausaniam autem a Malala hic et nonnullis aliis locis, porro a Stephano Byzantio laudatum [9]) proelii Actiaci meminisse veri simile non est; certe neque hic neque Eusebius neque puto quisquam alius scriptor Malalae suggerere poterat quod post vocem *τόπον* refert *καὶ φονεύσαντος αὐτοὺς* (cf. p. 220, 7 *νικήσας ὁ Αὔγουστος Ὀκταβιανὸς ἐφόνευσε τὸν Ἀντώνιον*) [10]). si autem cum Muellero (fragm. h. G. 4, 471) statuamus Eusebium et Pausaniam tanquam totius regum Ptolemaeorum laterculi quod legitur inde a pag. 196, 22 auctores esse nominatos — non solum ultimi enuntiati a p. 197, 9 incipiente, quod ponit Dindorfius hist. Graec. min. 1, 164 —, tum animadvertentum etiam sit quod Muellerus animadvertit laterculum istud cum Eusebii numeris nequaquam consentire. et Vergilius in Aeneidos libro 8 haec canit (v. 675) ‚in medio [clipeo Aeneae] classis aeratas, Actia bella, cernere erat‘ pergens quidem ita ‚totumque in-

---

9) qui, Syrus et quidem haud improbabiliter Damascenus ille quem Constantinus Porphyr. de them. 1 p. 18, 7 inter geographos recenset, non egisse videtur nisi de Syria (cf. Mueller. 4, 467). cur enim Schubarto adstipulemur hunc Pausaniam putanti a periegeta non esse diversum causam non video; sed is quoque quae facit verba 8, 8, 12 non magis quam Eusebii cum adnotatione ista Malalae conveniunt.

10) cf. tamen *χρονογραφεῖον σύντομον* paginul. 100, 18 sqq. (Euseb. vol. 1 append.) ed. Schoen.: *Αὔγουστος φονεύει Κλεοπάτραν . . . . καὶ ἐβασίλευσεν Αὔγουστος μετὰ τὸ φονεῦσαι Κλεοπάτραν . . .* et Tzetzes chil. 9 hist. 76 sq.:

καὶ τὸν Ἀντώνιον αὐτὸν ἡρωϊκῷ τῷ τρόπῳ
πολλοῖς ἐνστάντα καρτερῶς ἀπέκτειναν τῇ μάχῃ.

structo Marte videres fervere Leucaten'. Iuvenalis autem 8, 241 haec habet ,tantum igitur muros intra toga contulit illi nominis ac tituli quantum vix Leucade . . Octavianus abstulit . .' [cf. Tzetz. chil. 9 hist. 57 de Octaviano:

στρατεύματα κινήσας δὲ καὶ κατὰ γῆς καὶ στόλου
ἀναδραμὼν τὴν ἤπειρον ἦλθεν εἰς τὸν Λευκάκταν κ. τ. λ.],

quamquam etiam de Actiaca Cleopatrae carina 2, 109 loquitur, sicut Suetonius Aug. 9 p. 41, 21 (unde Oros. 6, 18 p. 429) et apud Hieron. chr. i. a. 1981 de bello Actiaco, Aug. 18 p. 45, 33 et Cal. 23 p. 129, 12 de Actiaca victoria — cf. Aug. 17 p. 44, 38. 45, 1 et 96 p. 82, 6 —, quocum cf. ipse Augustus in commentario suo 5, 4 Trogus Pompeius pr. 40 Manilius 1, 914. 5, 52 Rabirius bell. Act. (anthol. lat. 482 ed. R.) v. 19 Horat. ep. 1, 18, 61 titulus Gruter. p. 371, 4 Livius 1, 19, 3 per. 133 Strabo 8, 4, 3 p. 359; 8, 7, 5 p. 387; 12, 3, 6 p. 543; 17, 1, 9 p. 794 Velleius 2, 84, 1. 86, 3. 88, 1 Plinius n. h. 7, 148 Joseph. bell. 1, 19, 1. 20, 1 bis; ant. 15, 5, 1. 2; 6, 1. 6; 18, 2, 1 Plut. Ant. pass. Tacit. hist. 1, 1 ann. 1, 3. 2, 53. 3, 55. 4, 5 App. b. c. 1, 5 p. 446, 20. 6 p. 447, 18; 4, 38 p. 749, 4. 42 p. 751, 10. 49 p. 757, 10. 51 p. 758, 15 Dio 50 pass. 56, 30 fin. Eutrop. 7, 7 auct. de vir. ill. 79, 3. 85, 4 Ammianus 22, 16, 24 Servius Ecl. 4, 13 Aen. 4, 410. 8, 678 Vegetius 4, 33. 37 Porphyr. Tyr. l. l. Hieronymus (fortasse ex libro de rebus Romanis Divi Julii et Divi Augusti temporibus gestis) i. a. 1986 Macrob. sat. 2, 4, 27. 29 Cassiodorus chr. ad a. 723 Hesychius Milesius fr. 2 (ap. Muell. 4, 146) ex quo Cedrenus t. 1 p. 573, 7. ceterum nihil differt cum ad rem spectas utrum pugna illa ab Actio nomen accipiat an a Leucade vel Leucate, cum praesertim ipse Lydus mag. 3, 46 fin. *παρὰ Λευκάτην καὶ τὸν Ἄκτιον κόλπον* Augustum victoriam faciat referre. — quae tum subsequuntur verba

καὶ τούτου χάριν τὸν τῆς λεγομένης ἰνδικτιῶνος κύκλον ἐκ προοιμίων τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀριθμεῖσθαι εἰσήγαγεν, ea patet confuse a Lydo posita esse, cum Augusti aetate de indictione nemo cogitaverit (quam quidem re vera inde a K. Septemb. esse numeratam vulgo notum est). sed similia Hesychius Milesius tradit, Lydi aequalis. ita enim habet Constantin. Porphyr. de them. 2, 8 (= Hesychii fr. 2 ap. Muell. 4, 145 sq.): *καὶ νικήσας ὁ Καῖσαρ τὸν Ἀντώνιον καὶ τὴν Κλεοπάτραν ἔκτισε πόλιν καλέσας αὐτὴν Νικόπολιν διὰ τὸ ἐκεῖσε ἡττηθῆναι τὸν Ἀντώνιον. ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκρωτηρίου τοῦ καλουμένου Ἀκτίου καὶ τὰς καλουμένας ἰνδικτιῶνας ἐκάλεσεν. οὕτω γὰρ γράφει Ἡσύχιος ὁ Ἰλλούστριος· „ἰνδικτιών, τοῦτ' ἔστιν ἰνακτιών, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. διὰ τοῦτο ἄρχεται μὲν ἰνδικτιὼν ἀπὸ πρώτης καὶ καταλήγει μέχρι τῆς ιε', καὶ πάλιν ὑποστρέφει καὶ ἄρχεται ἀπὸ πρώτης, διὰ τὸ τὸν Ἀντώνιον συνάρχοντα γενέσθαι Αὐγούστῳ τῷ Καίσαρι μέχρι τοῦ ιε' χρόνου·* [11]) *μετὰ δὲ ταῦτα μόνος ἐκράτησεν Αὔγουστος.*" ab Hesychio pendet ut videtur Cedrenus t. 1 p. 573, 4 sqq.: *καὶ ἤρξαντο* [sc. *ἐπὶ*

---

11) cf. Eusebius chr. lib. 1 paginul. 69/71 ,(qui [Augustus] tunc, sc. anno quo Cleopatra mortua est) decimum quintum annum Romanorum imperii agebat' (sec. interpr. Armen.), Malalas 8 p. 197, 9 sqq. *ἐβασίλευσαν οὖν οἱ ιγ' Πτολεμαῖοι οἱ Μακεδόνες τῆς Αἰγυπτιακῆς χώρας ἁπάσης ἀπὸ τοῦ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἕως Κλεοπάτρας τῆς Διονύσου θυγατρὸς ἔτη τ' ἕως τοῦ ιε' ἔτους τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος κτλ.* et 9 p. 218, 7 sqq. *τῷ δὲ πεντεκαιδεκάτῳ ἔτει τῆς τριομβυρίας τοῦ αὐτοῦ Αὐγούστου Ὀκταβιανοῦ τυραννησάντων τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῆς Κλεοπάτρας κτλ.* (hic locus eisdem fere verbis redit in chron. Pasch. p. 363, 13 sqq., ubi tamen legitur *δωδεκάτῳ ἔτει* convenienter cum loco p. 360, 4 sq.; qui uterque infra p. 35 allatus est), Nicephorus CP. ad calcem Syncelli 1 p. 745, 11 ed. Bonn. *οὗτος* [*Αὔγουστος*] *τῷ ιε' ἔτει τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας Κλεοπάτραν ἑλὼν κτλ.*; Syncellus contra 1 p. 590, 14 sqq. haec habet: . . . *τῷ ιε' τῆς Αὐγούστου βασιλείας ἔτει . . , ἀπὸ δὲ Ἀλεξανδρείας ἁλώσεως ς'.*

τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου] ἀριθμεῖσθαι αἱ ἴνδικτοι, ἀρξάμεναι ἀπὸ Αὐγούστου Καίσαρος ἐν ἔτει ιε' τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ. καλεῖται δὲ ἰνδικτιών, τουτέστιν ἰνακτιών, ἡ περὶ τὸ Ἄκτιον νίκη. Ἄκτιον δέ ἐστιν ἀκρωτήριον Νικοπόλεως τῆς Ἠπείρου, ἔνθα μαχεσάμενος Αὔγουστος τόν τε Ἀντώνιον καὶ Κλεοπάτραν ἐνίκησε μόναρχος ἀναδειχθεὶς τῷ τότε χρόνῳ.[12]) diffusius de hac re disserit scriptor cuiusdam ex eis additamentis quae imperatoris Basilii Macedonis libro iuridico adiecta leguntur, id quod adnotat Idelerus in enchir. chronol. 2 p. 358.

Tum in opere q. i. ‚de magistratibus rei publicae Romanae' 1, 12 p. 131, 2sqq. Lydus hoc tradit: τοῦτο Τράγκυλλος ἐν τοῖς περὶ Αὐγούστου διαμέμνηται. ἰδόντα γάρ φησι τὸν Αὔγουστον ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ τινὰς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τὸ βαρβαρικὸν ἐσταλμένους ἀγανακτῆσαι, ὡς ἐν ἀκαρεῖ καταγνωσθέντας, ἀποβαλόντας τὸ βάρβαρον μόγις ἐπιγνωσθῆναι τῷ Καίσαρι quocum loco iam Fussius conferri iussit Sueton. Aug. 40 ubi — in extr. cap. p. 56, 32sqq. — haec sunt ‚etiam habitum vestitumque pristinum

---

12) contra alio loco p. 303, 21 τούτου [sc. Αὐγούστου Καίσαρος, cui 56 imperii annos tribuit p. 300, 22 sq.] τῷ δευτέρῳ ἔτει inquit αἱ ἴνδικτοι ἐπενοήθησαν. quocum fere convenit Syncellus 1 p. 577, 13 sqq. ed. Bonn.: τῷ ‚ευξ' ἔτει τοῦ κόσμου δεύτερον ἐχρημάτισεν Αὐγούστου Καίσαρος πλῆρες καὶ ἀρχὴ τοῦ τρίτου, ἐν ᾧ καὶ ἡ ἴνδικτος ὑπ' αὐτοῦ ἤτοι ἐπινέμησις ἐθεσπίσθη, ὡς μαρτυρεῖ ὁ μακάριος Μάξιμος ἐν τῷ περὶ τοῦ πάσχα λόγῳ. hoc enim dicit S. Maximus: ἐν ἔτει β' τῆς βασιλείας Αὐγούστου Καίσαρος αἱ ἴνδικτοι ἤρξαντο ψηφίζεσθαι. — tertiam denique stultitiam pronuntiant verbi causa scriptor chronici Paschalis qui ita habet vol. 1 p. 355, 5 sq. ed. Bonn.: χρηματίζει πρῶτον ἔτος τῆς πεντεκαιδεκαετηρίδος τῶν ἰνδίκτων ἀπὸ πρώτου ἔτους Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος et v. 17: ἀπὸ πρώτου ἔτους Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος αἱ ἴνδικτοι χρηματίζειν ἤρξαντο et Georgius Hamartolus apud quem haec de Julio Caesare leguntur: τὰς ἰνδίκτους ἐφεῦρεν.

reducere studuit [Augustus] ac visa quondam pro contione pullatorum turba indignabundus et clamitans „En Romanos rerum dominos gentemque togatam“ [Verg. Aen. 1, 282] negotium aedilibus dedit ne quem posthac paterentur in foro circove nisi positis lacernis togatum consistere‘. Lydianorum postrema potissimum (sicut adnotat Rothius in ed. Suet. p. 287) ultimis Suetonii verbis non respondent, quae res eo probabiliter explicari potest quod aut ipse Lydus aut eius auctor cum Tranquillum memoriter citaret hunc in modum falsus est.

Tum ib. 1, 34 p. 146 fin. 147 in. narrat: *τὸ τῶν ἔργων σκρίνιον οὐκ ὂν ἀπ' ἀρχῆς ὁ Αὔγουστος προσένειμε τῇ ἀρχῇ τὴν ἐν τῇ Ῥώμῃ βασιλικὴν ἀνεγείρων, ὡς ὁ Τράγκυλλος εἶπε φιλολόγος*: locum illum Suetonii in deperditis eius operibus lectum fuisse Fussius et Prellerus existimarunt, et hic quidem cum de actorum scriniis h. e. tabulario cogitaret, praefectorum urbis scilicet cl. Vopisc. Aurel. 9 ‚ex scriniis praefecturae urbanae‘, locum Suetoniano libro ‚de institutione officiorum‘ assignavit (de regionibns U. R. Jenae 1846 p. 140 in adn.††). cui adstipulatur Rothius addens tamen (in ed. Suet. p. 303 cf. Reifferscheidius Suet. rel. p. 349) fieri etiam posse ut intricatissimus Lydi locus spectet ad Suetonii Aug. 37 p. 55, 10 sq. haec verba ‚[Aug.] nova officia excogitavit: curam operum publicorum [de qua Mommsen. l. l. 2, 967 sqq.]‘ etc.; basilicam autem sub C. et L. Caesarum nomine ab Augusto conditam esse idem Suetonius ib. 29 in. refert.

Tum ib. 2, 3 in. *Ὀκταβιανὸς δὲ* inquit *μετ' αὐτὸν* [intellege *Καίσαρα*] *ἀδελφιδοῦς ἐξ Ἀτίας τοὔνομα τῆς ἀδελφῆς αὐτῷ γενόμενος καὶ θετὸς παῖς, διαδεξάμενος τὴν αὐτοκράτορα τιμὴν θεὸς μὲν δῆθεν εὐσεβῶς μετριάζων ὀνομάζεσθαι παρῃτεῖτο, θεῖος δὲ μᾶλλον (καὶ τοῦτο πᾶσι τοῖς μετ' αὐτὸν τὸ ἀξίωμα περιετέθη)*. constat Atiam Octaviani matrem non sororem Julii Caesaris fuisse sed filiam

eius sororis Juliae (cf. Liv. per. 116 Suet. Aug. 4 p. 39, 21 ‚Atia M. Atio Balbo et Julia sorore Caesaris genita est' 94 p. 81, 12 Caes. 83 p. 35, 5 Vellei. 2, 59, 1—2 App. b. c. 2, 143 p. 641, 9 sq. 3, 9 in. p. 656, 19 sq.); sed eundem in errorem quem Lydus (cuius cf. etiam locus in adn. 5 allatus ubi Divus Julius *ὁ θεῖος* Octaviani audit) inciderunt etiam Eutropius 7, 1 p. 44, 26 Octavianum vocans Caesaris nepotem (= neffe), ex quo Oros. 6, 18 in. p. 428 vid. infra p. 27, Servius cuius haec ad Aeneidos 6, 793 traduntur ‚(Caesar) Atiae fuit filius quae erat soror Caesaris' (ubi igitur cave intercidisse putes cum Lione ‚quae filia Juliae' post vocabulum quod est filius), Malalas 7 p. 187, 21; 9 p. 221, 12 et 224, 4. 18 qui Caesarem *θεῖον* Augusti dicit, Syncellus vol. 1 p. 575 ubi v. 1 Octavianus *υἱὸς Ἀττίας τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ* (sc. *Ἰουλίου Καίσαρος*) et v. 4 Caesar dictator Octaviani vocatur *θεῖος* [13]). dein quo clarius fiat quam late error iste patuerit Cedrenus quoque audiatur: is itidem Augustum filium appellat Caesaris sororis, hanc tamen ipsam recte vocat Juliam tom. 1 p. 300, 20: [*ὁ Καῖσαρ*] *κληρονόμον καὶ θετὸν υἱὸν κατέλιπεν Ὀκτάβιον τὸν υἱὸν Ἰουλίας τῆς ἰδίας ἀδελφῆς* et v. 22 . . . *Ὀκτάβιος Αὔγουστος Καῖσαρ, ὁ ἀνεψιὸς Ἰουλίας* . ., ita ut Cedrenum in eo quem sequebatur scriptore idem legisse simile sit veri quod Servius et Syncellus referunt, sed cum Caesaris sorori nomen Juliae fuisse aliunde

---

13) in Dionis autem loco 45, 1, 1 *ὁ δὲ δὴ Γάιος ὁ Ὀκταούιος, οὕτω γὰρ ὁ τῆς Ἀττίας τῆς τοῦ Καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο* Dindorfius merito videtur vocabulum *ἀδελφῆς* in *ἀδελφιδῆς* mutavisse (id quod iam Bekkerus proposuerat), cum 43, 41, 3 idem scriptor hoc praebeat: *καὶ οὐ λέγω μὲν ὅτι οὐκ ἔφερέ ποι τοῦτο, ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ γε ἔτι, ἀλλὰ τῷ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ ἐγγόνῳ τῷ Ὀκταουίῳ*, sicut etiam Plut. Cic. 44 Ant. 11. 16 pro *ἀδελφῆς* legitur *ἀδελφιδῆς* respecto loco Brut. 22.

compertum haberet hoc nomen pro Atiae posuisse. postremo Tzetzes quoque chil. 9 hist. 29 sq. haec habet:

Αὔγουστος Ὀκταούϊος Ῥώμης κρατῶν τὰ σκῆπτρα
ἀνεψιὸς ὢν Καίσαρος Γαΐου Ἰουλίου. —

dein vix monere necesse est falso Augusti modestiae tribui quod divus potius quam deus appellari voluerit: cum Divi cognomen principibus post mortem demum decerneretur [14]); ceterum eidem errori obnoxius est scriptor libelli de viris illustribus U. R. 79 fin. dicens de Octaviano ‚a senatu ob res gestas Divus Augustus est appellatus.‘ neque minus prava est ea opinio ex qua et Augustus primus vocatus sit Divus — quod in Caesarem potius dictatorem cadit — et omnibus eius successoribus id nomen inditum sit. — in medio hoc capite haec reperiuntur p. 168, 5 sqq.: *ὡς δὲ Λέπιδος μὲν ἐτελεύτα, Ἀντώνιος δὲ πρὸς Κλεοπάτραν ἔρεψε Φουλβίαν τὴν ἀδελφὴν τοῦ νέου Καίσαρος συνοικοῦσαν αὐτῷ τὸ πρὶν ἀποπτύσας, Αἴγυπτόν τε εἷλε μετ' Ἀντωνίου* [simili locutione utitur Lydus mens. 4, 80 supra p. 12 cf. etiam mag. 3, 46 fin.] *καὶ τοὺς ἐμφυλίους ἔπαυσε θορύβους τῆς Ῥώμης, ὀγκωθεὶς καὶ αὐτὸς θεός τε ἐχρημάτισεν ὁ ἄρτι μετριάζων καὶ ναοὺς ὡσιωμένους πρὸς τιμῆς αὐτῷ ἀπεδέ-*

---

14) cuius rei testimonia et documenta, quae permulta sunt, supervacaneum est enumerare — in universum omnes imperatores (in quos omnino is honor delatus est) post mortem demum in deorum numerum esse relatos dicit Servius Ecl. 1, 7 = Georg. 1, 24 sq., ubi tamen minus accurate Augustum in hac re ab aliis principibus differre significat [quamquam diserte non dicit nisi, id quod re vera ita se habet, Augustum hoc praeter reliquos imperatores praecipuum habuisse quod vivus etiam templa receperit]. quod speciatim ad Octavianum attinet cf. Dio 56, 46 in. Eutropius 7, 10 p. 47, 18 sq. Tacit. ann. 1, 10 fin. et praecipue fasti Amiternini ad XV K. Oct. quibus efficitur Augustum hoc die anni 767 h. e. mense fere post mortem [XIV K. Sept.: Suet. Aug. 100 p. 84, 16 Dio 56, 30, 5] peracto esse consecratum (C. J. L. 1, 324; diem hunc praebent etiam fasti Antiatini ib. p. 328).

ξατο καὶ ἀρχιερέα ὡσεὶ θεὸς ἐπεμβόλιμος· προεχειρίσατο πρῶτον αὐτὸν τῶν ἱερέων τῶν τότε νομισθέντων θεῶν ἀποδείξας. primo animadvertendum est Lepidum, qui ex confecto bello Siculo pontificis maximi munere fungens Circeis degebat, anno 741 demum obiisse (Dio 54, 27, 2). dein Caesaris sorori qua Antonius repudiata Cleopatram duxit uxorem nomen fuit non Fulviae sed Octaviae; errorem scriptoris inde liquet natum esse quod Fulviam primam Antonii uxorem quam eandem prae Cleopatra neglexerat et Octaviani sororem confuderit. tum cum narrat Augustum dei nomen usurpasse, gravem labitur per errorem de quo pluribus dicere supersedere mihi videor (cf. Philo leg. ad Gaium 23 *τοῦ δὲ μὴ ταῖς ὑπερόγκοις τιμαῖς δεθῆναι καὶ φυσηθῆναί ποτε [Καίσαρα = τὸν Σεβαστὸν] πίστις ἐναργεστάτη τὸ μὴ δεσπότην μήτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῆσαι προσειπεῖν, ἀλλὰ καὶ ἂν εἰ λέγοιτό τις δυσχεραίνειν*) [15]); subiuncta autem de templis ei consecratis adnotatione in memoriam revocantur ea quae de hac re Aurelius Victor rettulerat teste libelli de Caesaribus scriptore 1, 6 fin. ‚[Augusto] uti deo Romae provinciisque omnibus per urbes celeberrimas vivo mortuoque templa sacerdotes et collegia sacravere' cl. epit. 1, 28 ‚mortuum . . multis novisque honoribus senatus censuit decorandum. nam . . . templa tam Romae quam per urbes celeberrimas ei consecravit'. verum quidem est eum templa arasque et sacerdotes recepisse — et non mortuum modo, sicut scriptori ultim. l. allato videtur, sed etiam adhuc vivum cf. decretum Augusti apud Josephum ant. 16, 6, 2 (de quo loco cf. Mommsen. in commentar. mon. Ancyr. p. VI in adn.) Nicol. Da-

15) quod enim poetae vel alii privati ei hoc nomen adulantes indiderunt huc non pertinet cf. Mommsen. l. l. 2, 719 in adn. 4. — Aegyptii tamen ei dei nomen decreverunt. Graeci quoque nonnunquam eum ita appellabant, ut in compluribus nummis Pergamenis legitur *θεὸν Σεβαστὸν* (Eckh. 6, 101).

masc. vit. Caes. 1 in. (M 3, 427) Josephus bell. 21, 1, 2. 3. 4. 7 ant. 15, 9, 6 Quintil. 6, 3, 77 Tacit. ann. 1, 10. 4, 37 Suet. Aug. 52 in. 59 fin. 60 p. 65, 10 sqq. Claud. 2 p. 148, 21 sq. Jul. Africanus ap. Syncell. 1 p. 584, 12 Dio 51, 20, 7. 54, 32, 1 per. Liv. 139 Strabo 4, 3, 2 p. 192 Horat. ep. 2, 1, 15 sqq. citatus a Servio Ecl. 1, 7 = Georg. 1, 24 sq. Ovid. amor. 3, 8, 52 Cassiodor. ad a. 745 tituli quos Nipperdeius ad Tacit. ann. 1, 10 dein quos Eckhelius 6, 136 sq. attulit, decretum in Augusti honorem a Lesbiis factum a Conzio editum (de itin. in Lesb. ins. fact. tab. VII), nummi apud Eckh. 1, 58. 6, 100 sq. 135; ap. Cohen. Aug. n. 34. 258. 273—276 —; sed hoc ei Romanorum certe iudicio crimini verti non posse vel ex his Suetonii verbis elucet quibus simul demonstratur scriptori illi ‚de Caesaribus', si accurate rem tradere vellet, dicendum fuisse vivo in provinciis, mortuo Romae quoque (cf. Tac. a. 1, 10 fin.) templa esse dedicata [16]: Aug. 52 in. ‚templa quamvis sciret etiam proconsulibus decerni solere in nulla tamen provincia (cf. 59 fin.) nisi communi suo Romaeque nomine recepit (cf. Joseph. bell. 1, 21, 7 ant. 15, 9, 6 Tac. a. 4, 37 tituli ab Eckh. p. 136 sq. citati excepto Gruteriano p. 229, porro tituli Grut. p. 58, 5; 105, 7. 9; 320, 8 C. J. Gr. 2, 851; n. 3971. 4039, nummi ll.) — nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore —', etiam si Tacitus 1, 10 generaliter illud Augusto exprobratum adnotat quod ‚nihil deorum honoribus' ab eo fuerit ‚relictum, cum se templis et effigie numinum, per flamines et sacerdotes coli vellet'. quare etiam quod adicit Lydus a nullo alio scriptore memoratum ipsum Octavianum sibi pontificem creasse quem primum inter deorum sacerdotes constituerit omnem probabilitatem excedit. — ita dein per-

16) errat Dio 51, 20, 8 id vivente Augusto non solum Romae sed ne in reliqua quidem Italia factum esse perhibens, ut iam animadvertit Eckhelius d. n. 6, 125.

git Lydus: *ἐπισήμοις τε πᾶσιν ἐχρήσατο οἷς ὁ πατὴρ καὶ στρατείαις καί τάξεσι καί δορυφόροις ὅσοις ὁ Ῥωμύλος τε καὶ πάντες οἱ ἀπ᾽ αὐτοῦ μέχρι τούτων ἐχρήσατο, μόνον τὸν ἵππαρχον εἰς ἔπαρχον μεταβαλὼν ὀχήματι τιμήσας ὑπερηφάνῳ ἐξ ἀργύρου πεποιημένῳ καὶ τάξιν πολιτικὴν ἀπονείμας αὐτῷ πειθαρχεῖν Αὐγουσταλίους ἐξ αὐτοῦ καλέσας αὐτούς.* insignibus eisdem quibus Caesarem dictatorem Augustum quoque esse usum in universum quidem recte se habet, vestis tamen triumphalis Caesari patri pro omni loco et tempore, filio autem ut videtur pro diebus festis tantum et ludis concessa est (Momms. l. l. 1, 401 ed. sec.), cum pugione e contrario Divus Julius nondum usus sit sed Octavianus demum (id. ib. p. 418); et quod ad lictorum Augusti attinet numerum (quid enim sibi velint *στρατεῖαι* et *τάξεις* illae non video), re vera sicut reges et liberae rei publicae consules decemviri tribuni mil. proconsules [17]) ita etiam Augustus — ex anno 726 — fascibus usus est duodecim (Mommsen. 1, 366 sqq.). cum verbis *τὸν ἵππ. — μεταβαλών* cf. 2, 6 p. 170/1 2, 13 in. 2, 19 p. 184, 4 sqq. (Schultz. quaest. Lyd. p. 49) 1, 14 p. 131/2 1, 15 p. 132 fin. et Pomponius Dig. 1, 2, 2, 19 et quem loco 1, 14 cit. ipse Lydus in testimonium vocat (cf. Dirksenius scr. misc. 1, 68 Berol. 1841, Schultz. p. 8) Aurelius Arcadius Charisius Dig. 1, 11; Momms. 2, 1028 cum adn. 4, et de praefectura ipsa praetorii ab Augusto instituta [Dio 55, 10, 10. ut dein commentum illud de curru argenteo quem Augustus praefecto praet. dederit praeteream, verbis *τάξιν πολιτικὴν ἀπονείμας αὐτῷ πειθαρ-*

---

17) de dictatoribus vid. Mommsen. 1, 367: qui quamquam viginti quattuor habebant lictores Lydo excipiendi non erant quippe qui mag. 1, 37 p. 149, 2 errore a Schultzio (quaest. Lyd. part. pr. Gryphisw. 1862 p. 52) explicato duodecim tantum fasces dictatori tribuat.

χεῖν, quibuscum cf. 2, 6 p. 171, 1 sq.[18]), scriptor quod imperator Constantinus demum instituit male Caesari iam filio tribuit vid. Mommsen. 2, 1029; praefectis denique praetorio Augustalibus inditum esse nomen solus Lydus narrat: praefectos Aegypti ita vocatos esse constat ex Ulpiano Dig. 1, 17 Cod. 1, 37 Malal. 9 p. 224, 10 sqq.; alios rursus Augustales affert Vegetius 2, 7 ‚ordinarii dicuntur qui in proelio, quia primi sunt, ordines ducunt. Augustales appellantur qui ab Augusto ordinariis iuncti sunt'. — in extremo denique capite haec facit verba: ἠπίως δὲ ὅμως ἐχρήσατο τοῖς ὑπηκόοις· ὥστε τοὺς Ῥωμαίους εἰπεῖν ἐπ' αὐτῷ τῇ πατρίῳ φωνῇ utinam nec natus nec mortuus fuisset! ἀπηύχοντο γὰρ αὐτοῦ τὴν γένεσιν ὅτι μόνος ἐστήριξε τὴν τῶν Καισάρων ἡγεμονίαν, καὶ ὁμοίως τὴν τελευτὴν διὰ τὸ ἤπιον ἅμα καὶ τὸ τῶν ἐμφυλίων στάσεων ἀναιρετικόν· οὐδὲ γὰρ μετ' αὐτὸν ἐμφύλιος ἀνήφθη πόλεμος. ‚clementiae civilitatisque' Octaviani exempla compluria ex ‚multis et magnis' persequitur Suetonius Aug. capite 51 ex quo fortasse sua duxit Victor apud scriptores Caesarum 1, 4 ‚mores civiles lepidique' et epitomae 1, 20 ‚fuit mitis gratus civilis animi et lepidi' cl. §. 15 ‚erga cives clementissime versatus est'; cf. Seneca de clem. 1, 10. ultima autem verba Lydus ex epitoma modo dicta desumpsisse putandus est[19]): ubi 1, 28 fin. 29. 30 in. exhibentur haec ‚. . . cunctis [Augusto mortuo] vulgo iactantibus „utinam aut non nasceretur aut non moreretur!" alterum pessimi incepti, exitus praeclari alterum. nam et in adipiscendo principatu oppressor libertatis est habitus et in gerendo cives sic amavit ut tridui frumento in horreis quondam viso statuisset veneno mori si e provincia

18) quod hoc loco addit praefectum praet. omnibus quoque copiis praefuisse refutatione non eget.

19) in errorem igitur irruit Schultzius l. l. p. 14 qui praeter locum statim afferendum mag. 3, 7 ne minimum quidem putat vestigium esse Aurelii Victoris a Lydo ad partes vocati.

classes interea non venirent. quibus advectis felicitati eius salus patriae est attributa'; scriptorem autem huius epitomae Aurelianae hoc de Augusto iudicium, quod ipse Aurelius pariter atque Spartianus Sev. 18, 7 de Septimio Severo narraverat (v. Caes. 20, 6), ab hoc perperam in illum transtulisse crediderim cum Opitzio (quaest. de Sex. Aurelio Victore Lips. 1872 p. 17 [= Ritschelii act. soc. phil. Lips. t. 2 p. 213] adn. 14). Victorem ipse Lydus laudat 3, 7 ib. p. 200, 11 *ἔνθεν σιτῶναι, οὓς Οὐίκτωρ ὁ ἱστορικὸς ἐν τῇ ἱστορίᾳ τῶν ἐμφυλίων φρουμενταρίους οἶδε τὸ πρὶν ὀνομασθῆναι*, ubi Bekkerus adnotat ,locus Victoris est in libro de Caesaribus c. 39' (§. 44); quem tamen ipsum Lydus adiisse non potest cf. Schultzius p. 14.

Vestimenta quibus Augustus usus sit ib. 2, 4 enumerata orientis potius splendori et imperatoribus inde a Diocletiano convenire neque minus ab ipsius Lydi animadversione 1, 4 ib. p. 124, 10 (ubi imperatores nihil insigne praeter purpuream vestem gestasse docemur) abhorrere Schultzius iam p. 33 adnotavit.

Tum ib. 3, 46 fin. Lydus hoc praebet: [*οἱ Ἠπειρῶται*] *καὶ Παλαιστηνὴ* [v. Roeperus in Philol. vol. 4 p. 354] *πρὸς τῶν ἀρχαίων καλεῖται, ἐν ᾗ Ἡρώδης ποτὲ πρὸς τιμῆς Αὐγούστου Νικόπολιν ἐδείματο τὴν πόλιν παρὰ Λευκάτην καὶ τὸν Ἄκτιον κόλπον, ὅπου Κλεοπάτραν μετ' Ἀντωνίου παρεστήσατο.* eam urbem non Herodes sed ipse Octavianus condidit auctoribus Strabone 7, 7, 5 p. 324 et 6 p. 325 Josepho ant. 16, 5, 3 Suetonio Aug. 18 p. 45, 32 sqq. ,quo Actiacae victoriae memoria celebratior et in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit [Augustus]' Pausania 7, 18, 8 (cf. 5, 23, 3. 10, 38, 4) Dione 51, 1, 3 *πόλιν τέ τινα ἐν τῷ τοῦ στρατοπέδου τόπῳ . . . συνῴκισε* [*ὁ Καῖσαρ*] *Νικόπολιν ὄνομα αὐτῇ δούς* cf. Plinius n. h. 4, 5. idem testantur Servius quamquam ceteroqui minus accurate loquens ad Aeneidos 3, 274 ,Ambraciam ci-

vitatem Augustus Nicopolim appellavit victis illic Antonio et Cleopatra' et Cassiodorus (ex Livii annal.) chr. ad a. 724 ,Nicopolim Caesar construit', denique Hesychius Miles. fr. 2 (M 4, 145) cf. Tacitus Nicopolim ,Romanam coloniam' vocans ann. 5, 10 (cf. Strab. 10, 2, 2 p. 450), cum Eusebius nihil dicat nisi ,Nicopolis iuxta Actium condita est' (ita interpres Armenius i. a. 1989 cl. Sync. 1 p. 583, 17 et Hieron.). cum autem hoc scriberet, in mente videtur Lydus habuisse Turrem Stratonis, Palaestinae Asiaticae urbem, ab Herode in Augusti honorem constitutam cf. Schultzius p. 27 a quo citatis locis adde Josephum bell. 1, 21, 7 ant. 15, 8, 5. 9, 6 Eusebium hist. eccl. 2, 10 chr. i. a. 2005 (unde pendent Hieron. et chron. Pasch. 1 p. 367, 2 sq.) Ammianum 14, 8, 11 Malalam 9 p. 224, 1 sq. Cedrenum t. 1 p. 323, 10 sqq. (qui eisdem utitur verbis quibus Syncellus — ex Jul. Africano — 1 p. 584, 9 sqq., errore tamen hoc ab Herode Antipa — quem falso Agrippam vocat — in Tiberii honorem factum statuens) locos Roberti monachi et Guil. Tyrii a Ducangio ad l. d. chronici Paschalis citatos. potest tamen etiam fieri ut de eo cogitarit Lydus quod apud Jos. ant. 16, 5, 3 legimus ubi est de Herode: *Νικοπολίταις . . . τὰ πλεῖστα τῶν δημοσίων συγκατεσκεύασεν.*

Tum in libro ,de ostentis' c. 10 p. 29, 9 sqq. ed. Wachsm. hoc Lydus depromit ex Plinianae naturalis historiae loco a (C. B. Hasio p. 285 ed. Bonn. et) Wachsmuthio allato 2, 98 ad verbum fere expresso: *φαίνονται δὲ καὶ περὶ τὸν ἥλιον ἀστέρες διὰ πάσης τῆς ἡμέρας καὶ περὶ τὸν δίσκον αὐτὸν καθάπερ στέφανος καὶ ποικιλόχροοί τινες κύκλοι, ὁποῖοι ἐφάνησαν ὅτε Αὔγουστος τοὺς ἐμφυλίους πολέμους ἐκδικῶν τὸν πατέρα πεποίηκεν*: quod ostentum etiam ab Obsequente c. 68 traditur his verbis ,cum hora diei tertia ingenti circumfusa multitudine Romam intraret [C. Octavius], sol puri ac sereni caeli orbe modico inclusus extremae lineae circulo qualis tendi arcus in nubibus solet eum circumscripsit', porro a Suetonio (quem presso

pede Orosius 6, 20 p. 442 sequitur sola diei hora ex Livio ut videtur Obsequentis auctore addita) Aug. 95 in. ita ‚post necem Caesaris reverso ab Apollonia et ingrediente eo urbem repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit' et a Velleio et Seneca, quorum ille 2, 59, 6 hoc refert ‚cui [sc. C. Octavio] adventanti Romam immanis amicorum occurrit frequentia, et cum intraret urbem, solis orbis super caput eius curvatus aequaliter rotundatusque in colorem arcus [in caelestem arcum coni. Georges in Philol. 33,334] velut coronam tanti mox viri capiti imponens conspectus est‘, hic nat. quaest. 1, 2, 1 ‚memoriae proditum est‘ inquit ‚quo die Divus Augustus urbem ex Apollonia reversus intravit circa solem visum coloris varii circulum qualis esse in arcu solet: hunc Graeci halo vocant, nos dicere coronam aptissime possimus‘; cf. etiam Dio 45, 4 fin. et Liv. per. 117 vers. in.

Postremo ib. c. 25 p. 304, 1 sqq. ed. Bonn. (= 54, 6 sqq. ed. W.) quod legitur: *μηνὶ Αὐγούστῳ. Σεξτίλιος τὸ πάλαι . . οὗτος ὁ μὴν Αὔγουστος δὲ . . πρὸς μνήμης Αὐγούστου Καίσαρος μετεκλήθη, ὡς ἡ ἱστορία λέγει* ad rem notissimam spectat de qua cf. Dio 55, 6 fin. Suet. Aug. 31 p. 52, 16 sqq. et fr. 118 (p. 164, 5 sqq.) ed. Reiff. et quos Reifferscheidius ad h. l. attulit loci Isidori Augustini Servii Censorini Macrobii (etiam versus anthol. lat. ib. p. 299 118b, 8), Liv. per. 134 (Eusebius i. a. 1989, ex quo chron. Pasch. 1 p. 363, 5 sq. Syncell. p. 589, 13 sq. Hier., Malal. 7 p. 187, 20 Cedren. t. 1 p. 294, 10. 300, 24. 301, 19).

2. Eutropius tempora aetatis Augustae breviarii sui libri septimi capitibus decem prioribus pertractat. primi autem capitis initio [20]) caedem Caesaris confert in a. u.

20) ubi haec exhibet ‚anno urbis septingentesimo fere ac nono interfecto Caesare‘.

709 computationem sequens eam quae in fastis Capitolinis adhibetur (cf. Pirogoffius de Eutropii breviarii ab u. c. indole ac fontibus part. I Berol. 1873 p. 25 sub litt. 3), Orosius contra 6, 18 in. p. 428, quamquam aperte hunc Eutropii locum ante oculos habuit et quamquam plerumque ipse annos urbis ex fastis Capitolinis profert (vid. Moernerus de Orosii vita eiusque histor. libris septem adv. pagan. Berol. 1844 p. 72), ab aera illa — sicut nonnullis aliis locis — recedit: pro qua Varroniano utitur calculo dicens ‚anno a. u. c. 710 interfecto Julio Caesare' cf. Scaligeri animadversio a Moernero p. 76 adn. 24 allata. mox dein sequentia verba ‚percussoribus Caesaris senatus favebat' ad id spectant quod, ut Livianae periochae 116 utar verbis, ‚oblivio caedis eius a senatu decreta est' [21]). tum in eodem capite p. 44, 26 Octavianum Caesaris nepotem (= neffe) appellat eodem errore quo (vid. supra p. 17 sqq.) capti sunt Servius Lydus Malalas Syncellus Cedreni auctor Tzetzes decipitque ita Orosium qui l. l. p. 428 Julium

21) p. 44, 23 sq. ed. Hartel. ‚turbata re publica multa Antonius scelera committens' cf. cum Liv. per. 117 ‚in confusione rerum ac tumultu . . . M. Antonius cos. cum impotenter dominaretur etc.', subsequentia Eutropii ‚a senatu hostis iudicatus est' cum per. 119 ubi perverse post enarratum demum bellum Mutinense legitur ‚Antonius hostis a senatu . . iudicatus est' et Velleio 2, 64, 4 et auct. de vir. ill. 81, 5 qui, cum Cicero eius rei auctor esset, de hoc dicit ‚Antonium hostem iudicavit'; totus autem locus ‚a senatu — Octavius' cum Oros. 6, 18 p. 430 ‚Antonius a senatu hostis pronuntiatus . . . consules Hirtius et Pansa et cum his Caesar ad . . expugnandum Antonium missi'; finis denique capitis Eutr. ‚evenit tamen ut victores consules [re vera tamen Pansa victus erat] ambo morerentur. quare tres exercitus uni Caesari Augusto paruerunt' cum Suet. Aug. 11. — Eutropii verba ‚interfecto Caesare — conabatur' expressit (probabiliter ex Capitonis interpretatione) Jo. Antiochen. fr. 74 in.; ‚ergo turbata re p. — Octavianus adulescens' id. ib. fin. (M 4, 567).

Caesarem Augusti nuncupat avunculum [22]). quae Eutropius h. l. adnectit ‚quem ille testamento heredem reliquerat et nomen suum ferre iusserat' nota sunt, nusquam autem Eutropianis propioribus verbis narrata quam in Liv. per. 116 ‚testamento Caesaris heres ex parte dimidia [ex dodrante sec. Nic. Dam. v. Caes. 17 (M 3, 436) et Suet. Caes. 83 p. 35, 5] institutus C. Octavius sororis nepos et in nomen adoptatus est' [23]).

Cap. 2 p. 45, 2—5 ‚fugatus Antonius amisso exercitu confugit ad Lepidum, qui . . tum militum copias grandes habebat. a quo susceptus est' cf. Liv. per. 119 ‚victus . . . Antonius in Galliam confugit et M. Lepidum cum legionibus quae sub eo erant sibi iunxit' auct. d. v. i. 85, 2 ‚apud Mutinam victus . . [quod h. l. additur

---

22) hoc enim vocabulum ab Orosio hic et 6, 20 p. 442 non, ut saepe alibi fit, pro ‚avunculus magnus' sed propria vi positum esse — id quod iam Fr. Fabricius coniecit — eo ipso efficitur quod hoc loco Eutropiana illa redduntur. simul patet falli Glareanum Annam Tanaquili Fabri filiam Cellarium Verheykium Eutropii illud ‚nepos' pro ‚enkel' accipientes (recte de hac re Tzschuckius ad h. l. exposuit). — ibidem Octavius dicitur annos 18 tunc temporis natus fuisse, cum re vera, ut Velleius 2, 61, 4 indicat †), annum ageret 20, ‚puer' autem ‚annorum 18' ut ait chron. Ravenn. p. 657 ed Momms. esset quo tempore Caesar occisus est. (annum 16 eum tunc egisse falso dicit Cedrenus 1 p. 300, 20 sq.) cum tamen Eutropius infra c. 2 p. 45, 8 recte hunc eundem annum nuncupet 20 Octaviani, prior locus videtur corruptus esse. quod iam Tzschuckius suspicatus est.

†) errat tamen Velleius ib. §. 1 memorans Octavianum exercitum comparasse ‚undevicesimum annum ingressum', cum iam tunc annum 20 ageret, ut recte dicit Augustus ipse m. A. 1, 1 cuius verba male videtur Velleius intellexisse (vid. Momms. ad illum l. p. 4 sq.).

23) ab Eutr. ‚anno urbis — reparata sunt' (p. 44, 21) et ‚Octavius Caesaris nepos — rerum potitus' (v. 26—28) pendet Orosius ‚anno — dictus' et ‚indolem — vovit' (l. l. p. 428—9).

‚Perusii fame domitus' falsum est: vid. Schroeterus et Keilius ad h. l.] in Galliam fugit. ibi Lepidum sibi collegam adiunxit' Vellei. 2, 63, 1 ‚Antonius fuga transgressus Alpes primo . . repulsus a M. Lepido qui . . in Gallia morabatur . . a militibus receptus est' Suet. Aug. 12 in. ‚sed ut cognovit Antonium post fugam a M. Lepido receptum' (de hac re cf. Eggerus examen des historiens d'Auguste p. 305). v. 5—9 ‚mox Lepido operam dante Caesar pacem cum Antonio fecit et . . . Romam cum exercitu profectus extorsit ut sibi vicesimo anno [cf. Suet. Aug. 26 p. 49, 5 sq. ipseque Augustus in commentariis de vita sua conscriptis ap. Plut. Brut. 27] consulatus daretur. senatum proscripsit cum Antonio ac Lepido' cf. Liv. per. 119 fin. ‚C. Caesar reconciliata per M. Lepidum cum M. Antonio gratia [cf. Oros. p. 431 ‚Lepido satisagente Caesar Antonium recepit in gratiam', in univ. auct. d. v. i. l. l. ‚cum Caesare in gratiam rediit' et Suet. Aug. 62 p. 65, 25 ‚reconciliatus Antonio'] Romam cum exercitu venit et perculsis adventu eius eis qui in eum iniqui erant cum annos XVIIII haberet [24]) consul creatus est' et 120 ‚C. Caesar pacem cum Antonio et Lepido fecit ita ut . . suos quisque

---

24) male Solinus 1, 32 p. 12, 11 sq. ed. Momms. tum temporis dicit eum octavum decimum annum egisse, recte tamen eis quae proxime antecedunt annum memorans (A. Hirtium C. Pansam coss., u. c. 710 ex ratione Capitolina). accurata porro diei definitio quam exhibet Velleius 2, 65, 2 ‚consulatum iniit Caesar pridie quam viginti annos impleret decimo K. Octobres' perversa est, cum mense Sextili potius eum primum consulatum iniisse e senatus consulto a. 746 apud Macrob. sat. 1, 12, 35 Dione 55, 6, 7 Cedreno 1 p. 301, 17 et quidem die huius mensis 19 ex Dione 56, 30, 5 et Tacito a. 1, 9 (infra p. 57) eluceat: cf. Sauppius in mus. Helvet. vol. 1 p. 153 sq. verum autem annum (711 Varr. = 709 sec. numerationem Catonis quam sequitur Velleius) his verbis et sequentibus ‚post u. c. annis 709, ante duos et septuaginta quam tu, M. Vinici, consulatum inires [a. 783]' Velleius indicat.

inimicos proscriberent etc.‘ et Obsequ. 69 fin. ‚reconciliatione inter Caesarem Antonium Lepidum facta foeda principum fuit proscriptio‘ (cf. Cassiod. — ex epit. aliqua Liviana — ad a. 711). v. 9 sq. ‚rem publicam armis tenere coepit‘: consentit computatio imperii Caesaris 7, 8 p. 46, 18 sq. ‚ante [sc. quam bella civilia sepelirentur u. c. 723] duodecim annis cum Antonio et Lepido [rem p.] tenuerat‘ cf. infra p. 17.

Cap. 3. v. 17 sq. ‚primo proelio [belli Philippensis] victi sunt Antonius et Caesar‘: re vera primo proelio Caesaris quidem exercitum a Bruto, sed ab altera parte Cassium ab Antonio victum esse iam Eutropii interpretes pariter notaverunt atque (ad v. 19 sq. ‚secundo Brutum et infinitam multitudinem quae cum illis bellum gesserat victam interfecerunt‘) Brutum — non minus quam Cassium — ipsum mortem sibi conscivisse. ad v. 20 — 22 vid. Tzschuckius [25]).

Cum verbis cap. 4 v. 27 sq. ‚his qui superfuerant ex partibus Bruti Cassiique ad eum [sc. S. Pompeium] confluentibus‘ cf. Velleius 2, 72, 5 ‚ad quem [eund.] et e Brutianis castris . . . proscripti confluebant‘ (cf. 2, 77, 2).

Cap. 5 v. 30 sq. ‚eo tempore Marcus Agrippa in Aquitania rem prospere gessit‘: cf. App. b. c. 5, 92 vers. fin. p. 881, 13 sqq. v. 31—35 de Ventidio Basso relationem [26])

---

25) finis capitis agnoscitur in Jo. Ant. fr. 76 (M p. 568).

26) ‚Lucius Ventidius Bassus inrumpentes in Syriam Persas tribus proeliis vicit. Pacorum regis Orodis filium interfecit eo ipso die quo olim Orodes Persarum rex per ducem Surenam Crassum occiderat. hic primus de Parthis iustissimum triumphum Romae egit‘. ex quo loco sua duxit Orosius 6, 18 p. 433. verum praenomen Ventidii erat Publius (cf. Liv. per. 127 et — probabili Sigonii coniectura — 128 Fest. 18 p. 16, 19 ed. Foerst. Valer. Max. 6, 9, 9 Plin. n. h. 7, 135 App. b. c. 3, 66 p. 699, 31 Dio 43, 51, 4. 48, 39, 2. 49, 19, 1 act. triumph. Capit. C. J. L. 1, 461); ita 7, 7 p.

simillimum veri est [27]) ex Suetonio esse translatam, ex quo initium saltem Eutropianorum atque finem citet Gellius 15, 4, 4 haec scribens ‚eundem Bassum Suetonius Tranquillus praepositum esse a M. Antonio provinciis orientalibus Parthosque in Syriam introrumpentes tribus ab eo proelis [cf. Plut. Ant. 34 quem exscr. App. pers. Parth. p. 73, 65 sq. ed. Schweigh.] fusos scribit eumque primum omnium de Parthis triumphasse et morte obita publico funere sepultum esse‘. Suetonius autem hoc probabiliter (quae erat Rothii opinio p. 283) in eo opere rettulerat cui duobus libris distincto erat haec vel similis inscriptio ‚de Romanorum institutis moribusque‘, sive id proprium erat opus sive, ut Reifferscheidio p. 436 placet, pars Pratorum. nam in tali opere de triumpho, qui tam proprius et peculiaris Romanis erat ut omnibus aliis populis plane esset ignotus, dici oportuisse quis est qui non intellegat? quis hoc negaret etiam si non tradidisset Isidorus (orig. 18, 2, 3) de eius vocabuli origine quid doceret Tranquillus? (quam Isidori adnotationem et Rothius p. 282 et Reifferscheidius p. 147 sq. 436 huic operi Suetoniano adscripserunt). certe ratio ulla indagari nequit cur hoc institutum in illo potius scripto cuius ita sua lingua prodit Suidas inscriptionem ‚περὶ τῶν παρὰ Ῥωμαίοις θεωριῶν καὶ

46, 14 Cornelius Gallus pro Gaio (quod praenomen Paeanius quidem ei tribuit) Gnaeus (cf. Suet. ap. Hier. i. a. 1985) et 4, 6. 8 p. 27, 22. 28, 14 Anicius appellatur Gaius pro Lucio (cf. Liv. 44, 21, 3; 17 fin. 45, 3 in.; 26 in.; 43 in. Fest. 7 p. 10, 3); aliud exemplum adnotat Mommsenus in comm. soc. Sax. vol. 8 — cl. philol. hist. 3 (1861) — p. 696 cf. Pirogoffius l. l. p. 37 (cf. etiam id. p. 61 adn. 11). Pacorum eodem die quo olim Crassum cecidisse etiam Dio 49, 21, 2 Fest. 18 p. 16, 22 auctores sunt, Ventidium primum Romanorum de Parthis triumphasse eidem Dio 49, 21 fin. Fest. l. l. v. 24, praeterea Plutarchus Ant. 34 (App. person. Parth. p. 74, 81 sq.) et Hieronymus i. a. 1962.

27) hoc iam Pirogoffius vidit p. 86.

ἀγώνων' tractatum esse putemus, quod opinatus est Doergens (de Suetonii de viris illustr. operè Lips. [1857] p. 69); praeterea haec sententia reprobatur tota condicione libri huius Suetoniani qualem ex Tertulliani de spectaculis libro cognoscimus vid. Reifferscheidius p. 463. sicut igitur in illo quod modo vocavi opere Suetonius, ubi de munere gladiatorio verba faciebat, exempla attulerat gladiatorum illustrium et quos fama erat aliquod insigne facinus patravisse (cf. scholia Acronis personati et Porphyrionis ad Horat. sat. 1, 7, 20), eodem modo, cum de triumpho in universum loqueretur, hunc vel illum credendus est commemorasse eorum qui magni momenti triumphos quacumque occasione egerint. huiusce modi autem virorum ordini haud dubie inserendus est ultor cladis illius gravissimae Crassianae itaque quam optime fieri potuit ut is vir qui, cum puer ipse in triumpho esset ductus, primus postea omnium hostem periculosissimum Romanorum debellasset in illo libro summo cum honore vocaretur. fieri etiam potest ut, quod Reifferscheidius p. 469 sq. conicit, a Suetonio scriptum fuerit opus illud historicum quod res Romanas inde a Pompei Magni morte usque ad pugnam Actiacam gestas complexum inter Hieronymiani chronici fontes recensendum esse Mommsenus (in comm. soc. Saxon. vol. 2 — cl. phil. hist. 1 (1850) — p. 681 cf. p. 691 sqq.) probavit et ex hoc libro illa notitia a Gellio sit desumpta: quamquam probabilitas huius opinationis ea re forsitan minuitur quod, ut Mommsenus ibidem docuit, eundem librum quem Hieronymus excerpsit Cassius Dio videtur adhibuisse; hunc enim Suetonium, quod quidem ad Caesarum vitas attinet, ad partes vocasse a probabilitate, ut infra p. 66 videbimus, satis abhorret [28]. — — si

28) narrationem igitur de Cleopatra una cum Caesare Romae versante — Caes. 52 p. 22, 33 sq. — Suetonium ipsum fonti illi Dionis (43, 27, 3) et Hieronymi (1971, ex quo Jordanis de regn. succ. c. 64) debere existimem.

autem pro tota huius rei natura sedes adnotationis istius Suetonianae apertissima demonstratione indicari non potest, eo magis tamen pro certo affirmandum est eam non habuisse locum, sicut Eggero visum est (l. l. p. 266), in aliquo librorum de viris illustribus, quibus de solis ‚litterarum' illustribus viris egisse Suetonium Hieronymus testis est (ad Dextrum t. 2 p. 821 ed. Vall.): fugit Eggerum quod iam Achilles Statius et Casaubonus intellexerant.

Ceterum in eadem re enarranda Festum 18 (p. 16, 19 sqq.) satis prope ad Liv. per. 127. 128 accedere Pirogoffius l. l. recte innuit cf. Jacobius p. 43 sq.

Cap. 6 in. ‚interim Pompeius pacem rupit': cum Eutropio faciunt per. Liv. 128 Appian. b. c. 5, 77 p. 871 Oros. 6, 18 p. 433, in Pompeium et Octavianum pariter culpam rupti foederis confert Dio 48, 45 sq. (cf. v. c. cap. 45, 4 τὰς σπονδὰς λύσαντες; quod ipsum Appianus quoque l. l. v. 2—4 innuit), in unum Octavianum Velleius 2, 79 in. ‚crescente in dies et classe et fama Pompei (cf. 2, 77, 2 ‚cum Pompeio . . pax inita. in hoc pacis foedere placuit Siciliam Achaiamque Pompeio concedere, in quo tamen animus inquies manere non potuit') Caesar molem belli eius suscipere statuit'; Florus vero 2, 18, 5 et auctor de v. i. 84, 4 falsissime Antonium (qui pacem cum Pompeio factam rumpi Octaviano dissuaserat sec. App. 5, 79 vers. fin. p. 872, 25 sq.; cf. etiam Dio 48, 46, 3) de hac re accusant. — subsequentia ‚et navali proelio victus fugiens ad Asiam interfectus est' comparari possunt cum auct. d. v. i. l. l. ‚navali proelio victus in Asiam fugit ubi . . occisus est[29]). p. 46, 4 sqq. ‚primis eos

29) verba p. 46, 2—4 ‚Antonius repudiata — uxorem' ex Eutropio decerpta sunt ab Hieronymo i. a. 1984, ut observat Mommsenus in comm. Sax. vol. 2 p. 692 adn. 12.

[sc. Persas] proeliis vicit [Antonius] etc.‘ partim concordant cum Fest. 18 p. 17, 1 sqq.

Cap. 7 fin. ‚praepositus ei [sc. Aegypto] Gnaeus Cornelius Gallus. hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit‘. quorum prior pars (— ‚Gallus‘) fluxisse videri posset ex Suet. Aug. 66 p. 67, 26; sed extrema verba probabile reddunt totius loci auctorem eundem quidem esse Suetonium sed in opere de viris illustribus conscripto, cuius ex libro ‚de poetis‘ Hieronymus haec excerpsit: i. a. 1985 ‚Aegyptus fit Romana provincia[30]), quam primus tenuit C. [de hoc praenomine ab Eutr. immutato supra adn. 26 dictum] Cornelius Gallus‘ et i. a. 1990 ‚Cornelius Gallus Foroiuliensis poeta, a quo primum Aegyptum rectam supra diximus . .‘ cf. Strabo 17, 1, 53 p. 819 Malalas 9 p. 224, 10—12 Syncellus 1 p. 583, 18 sq. ex Livio autem, quem a Suetonio huc adhibitum esse putaverim, ea adnotatio etiam in opus illud geographicum ab Ammiano in geographicis operis sui partibus conscribendis saepe consultum translata erat, ex quo eandem hauserunt Festus 13 fin. et Ammianus 22, 16, 24 et 17, 4, 5.

Cap. 8 in. ‚ita bellis toto orbe confectis Octavianus Augustus Romam rediit duodecimo anno quam consul fuerat‘: recte Grunerus observat Augustum non „XII anno quam consul (u. c. 711) fuerat“ = u. c. 723 sed anno demum 725 Romam rediisse, Eutropium autem ad pugnae Actiacae annum respicere; hoc etiam ex subiuncta liquet computatione hac ‚ex eo rem publicam per quadraginta et quattuor annos [cf. infra in hoc cap. v. 25 sq.] solus ob-

---

30) cf. Eutr. p. 46, 13 sq. ‚Aegyptus per Octavianum Aug. imperio Romano adiecta est‘ quacum enuntiatione (= v. 30) comparanda sunt Augusti verba ind. 5, 24 ‚Aegyptum imperio populi Romani adieci‘ (in SC. apud Macr. s. 1, 12, 35 est ‚Aegyptus in potestatem P. R. redacta‘).

tinuit. ante enim duodecim annis cum Antonio et Lepido tenuerat' quae profecta est[31]) ex Suet. Aug. 8 fin. ,ab eo tempore [sc. postquam hereditatem suam adiit] exercitibus comparatis primum cum M. Antonio M. que Lepido [inde ab a. 711 a. d. V K. Dec.[32]) usque ad a. 718] deinde tantum cum Antonio [ab a. 718 ad a. 723 IV — non ut Casaub. ad h. Suet. l. dicit III — Non. Sept.] per duodecim fere annos [711—723], novissime per quattuor et quadraginta [ab a. 723 IV Non. Sept. ad a. 767 XIV K. Sept.; item Dio 56, 30 fin.] solus rem p. tenuit'[33]), praeterquam quod Eutropius indiligenter pro ,primum cum Ant. et Lep. deinde tantum c. A.' non dixit nisi ,cum Ant. et Lep.' (neglegentia eius simili qua epit. l. l. ,duodecim cum Antonio'). ceterum cf. chron. Pasch. 1 p. 360, 4 sqq. [*Αὔγουστος ἐβασίλευσεν ἔτη*] *δώδεκα μὲν ἕως οὗ ἀνῃρέθη Κλεοπάτρα, λ' δὲ ἄλλα μετὰ τὴν ἐκείνης ἀναίρεσιν μοναρχήσας . . . ἐν οἷς ἐτέχθη . . . Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς* . ., *τὰ δὲ λοιπὰ ιδ'* (cf. Jordanis l. l. c. 66) *μετὰ ταῦτα*, quamquam haec ipsa verba Dindorfius suspicatur spuria esse, et p. 363, 13 sqq. *δωδεκάτῳ ἔτει τῆς τριουμβιρατορίας Αὐγούστου Καίσαρος τυραννησάντων τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῆς Κλεοπάτρας κτλ.* et p. 364, 17 *Αὔγουστος Ὀκτάβιος ἐμονάρχησεν ἔτη μδ'.* verbis deinde subsequentibus il-

---

31) ut iam observavit Pirogoffius p. 26 adn. 4, [qui etiam Eutropium inde ab hoc ipso capite Suetonium potissimum exscribere recte dicit p. 12 adn. 1 p. 39 cf. 86.

32) quo tempore natus erat annos 20, non 18 ut visum est Malalae 9 p. 221, 4 sq.

33) Aurel. Victor Octaviani imperium inde ab a. 722 (v. Caes. 1 in. ep. 1 in.) computat calculo usus — sicut Eutr. supra p. 26 sq. — fastorum cf. Pirogoff. p. 26. — ex eodem Suetonii loco deprompta sunt Caes. 1, 2 ,eo modo annis quattuor circiter et quadraginta actis' = ep. 1, 30 ,imperavit annis (quinquaginta et sex,) duodecim cum Antonio, quadraginta vero et quattuor solus'.

lorum annorum (eodem modo atque ep. 1, 30) summam facit Eutr. ,ita ab initio principatus eius usque ad finem quinquaginta et sex anni fuere' [34]). tum ita pergit ,obiit

---

34) a Suetonio pendent etiam Tertullianus adv. Jud. 8 ,post Cleopatram Augustus aliis annis XLIV [sic puto scribendum] imperavit; nam omnes anni imperii Augusti [addit 44 illis 12 annos quibus teste Sueton. antea Augustus imperavit] fuerunt anni LVI' et Ausonius Caes. Aug. ,Augustus post lustra decem sex prorogat annos'. — eundem annorum numerum 56 exhibet Tacitus dial. 17 (cf. excerpta latina barbari pag. 227, 4 — Euseb. vol. 1 app. — ed Schoen.) ,quo anno [711] divus Augustus in locum Pansae et Hirtii se et Q. Pedium consules suffecit. statue sex et quinquaginta annos quibus mox divus Augustus rem publicam rexit', qui numerus hic quam accuratissime accipiendus est cf. id. ann. 1, 9 ,quod idem dies [XIV K. Sept.] accepti quondam imperii princeps et vitae supremus' (cf. Dio 56, 30, 5). [eodem Sextili mense eum et consulem factum et mortuum esse Cedren. quoque 1 p. 301, 17 sq. memorat.] Contra Clemens Alexandrinus strom. 1, 21 §. 144 Augustum regnantem facit 43 annos; alios tamen ei tribuere dicit an. 56 m. 4 d. 1 [pro μϛ' enim scribendum esse νϛ' iam Oudendorpius animadvertit ad Suet. l. l.]. Eusebius autem Augusti principatui annos 56 menses 6 tribuit †) (in chron. can. p. 138 ed. Schoen., in chr. lib. 1 paginul. 130 (= 129), 27 sq. et in eo catalogo quo quot annos principes singuli Romanorum regnavissent indicabat deperdito, ex quo hoc sumpsit Hieronymus chr. p. 139 (v. Mommsen. in comm. Sax. vol. 2 — cl. phil. hist. 1 — p. 671 sq.), ex Hieronymo Cassiodorus ad a. u. c. 710 et p. Chr. 14 et — menses tamen non addens — Prosper), alio tamen loco (hist. eccl. 1, 5 all. a Zonara 10, 39 vol. 2 p. 456, 14 sq. ed. Dindorf.) 57 annos ††), Josephus bell. 2, 9, 1 ant. 18, 2, 2 an. 57 m. 6 d. 2 (14 annos cum Antonio eum imperasse ant. l. l. addit), Plutarchus mor. p. 392, 47 ed. Duebner. annos 54, chronicon urbis Romae p. 646 ed Momms. an. 56 m. 4 d. 1 (congruens cum Clemente l. l.); Syncellus denique p. 602, 12 sqq. eum omnino 56 (ita etiam p. 577, 11 sq. et Malal. 9 p. 225, 15 sq. Cedren. t. 1 p. 300, 22 sq.), solum vero 43 vel sec. alios 48 annos regnasse scribit. — ex Eutropio videtur haec Jordanis de regn. succ. c. 66 hausisse ,regnavit annos quinquaginta sex'.

autem septuagesimo sexto anno' cf. Suet. Aug. 100 in. ,obiit . . septuagesimo et sexto aetatis anno, diebus V et XXX minus' (cf. Dio 56, 30, 5)[35]); sed quod Eutr. addit ,. . in oppido Campaniae Atella' et a Suetonio et ab omnibus aliis (praeter Hier. qui Eutr. exscripsit) discrepat auctoribus quibus consentientibus Augustus Nolae vita excessit (soli quantum video Malalas 10 p. 232, 7 Syncellus p. 602, 14 Cedrenus 1 p. 321, 6 eum Romae morientem faciunt). Oudendorpius igitur haud absurde opinatus est (ad Suet. Aug. 100 p. 84, 18) Eutropium in corruptos Suetonii codices incidisse; facillime enim litterae ,a Nola' ibid. mutari poterant in ,Attela', ut teste Oudend. in ,antiquissimo' Eutropii libro legitur. sequentia Eutropii ,Romae in campo Martio sepultus est' cf. cum Suet. 100 p. 84, 36 ,delatus in Campum crematusque'[36]). p. 46, 25 sq. ,quadraginta et quattuor annis quibus solus gessit impe-

---

†) idem faciunt scriptor chron. Pasch. vol. 1 p. 360, 4 ed. Bonn. et Nicephorus CP. p. 745, 8 sq. 15 sq. ed. Bonn., denique *χρονογραφείου* illius *συντόμου* scriptor paginul. 100, 28 (Euseb. vol. 1 app.) ed. Schoen.

††) idem habent ,temporum putatio et summa' (*χρόνων ἀρίθμησις καὶ ὁμάς*) (chron. Pasch. 2) p. 82, catalogus imperatorum ab interpolatore aliquo chronico Pasch. 1 p. 355 insertus (chr. P. 2 p. 90), liber generationis ib. p. 111.

35) cf. Vellei. 2, 123 fin. ,Augustus septuagesimo et sexto anno animam caelestem caelo reddidit' et Malal. 10 p. 232, 7 sq. *ὁ Καῖσαρ Ὀκταβιανὸς . . . ἐτελεύτησε γέρων ὢν ἐτῶν οε'.* — male Josephus ant. 18, 2, 2 *βιώσας* [*Καῖσαρ*] *ἔτη ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα* et ep. 1, 26 ,annos septem et septuaginta ingressus interiit' et chron. Ravenn. p. 658 ed. M. ,defunctus est Augustus annor. LXXVII'.

36) locum hunc Eutr. ,obiit — sepultus est' expressit Hieronymus i. a. 2029 ,Augustus LXXVI aetatis suae anno [hoc ex Hier. Cassiod. ad a. p. Chr. 14] Atellae in Campania moritur sepeliturque Romae in campo Martio'.

rium civilissime vixit' compares cum Suet. Aug. 51 ,clementiae civilitatisque eius multa et magna documenta sunt cet.' (Caes. 1, 4 = ep. 1, 20 cf. 15. 1, 29), v. 26 sq. ,in cunctos liberalissimus' cum eod. ib. 41 ,liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit cet.' (v. 24—27 ,neque — in cunctos lib.' descriptum a Jordane c. 66), v. 27 sq. ,in amicos fidissimus, quos tantis evexit honoribus ut paene aequaret fastigio suo' cum eod. 66 ,amicitias . . constantissime retinuit cet. reliqui potentia atque opibus ad finem vitae sui quisque ordinis principes floruerunt cet.' (ep. 1, 15 ,in amicos fidus extitit').

Cap. 9 p. 46, 30—47, 8 ,Romano adiecit imperio . . Cantabriam Dalmatiam . . Pannoniam Aquitaniam Illyricum Raetiam Vindelicos et Salassos in Alpibus . . vicit autem proeliis Dacos. Germanorum ingentes copias cecidit [cf. Suet. Claud. 1 p. 147, 15 ,Drusus hostem [sc. Germanos] frequenter caesum . .'], ipsos quoque trans Albim fluvium summovit . . Armeniam a Parthis recepit. obsides, quod nulli antea, Persae ei dederunt. reddiderunt etiam signa Romana quae Crasso victo ademerant' decerpta sunt ex Suet. Aug. 21 ,domuit . . Cantabriam Aquitaniam Pannoniam Delmatiam cum Illyrico omni, item Raetiam et Vindelicos ac Salassos, gentes Inalpinas [cf. loci infra adn. 62 laudati]. coercuit et Dacorum incursiones tribus eorum ducibus cum magna copia caesis Germanosque ultra Albim fluvium summovit . . Parthi quoque et Armeniam vindicanti facile cesserunt et signa militaria quae M. Crasso et M. Antonio ademerant reposcenti reddiderunt [cf. Liv. per. 141] obsidesque insuper obtulerunt'[37]) omisso tantum ab Eutr. — sicut ab ipso Suet. Tib. 9 p. 90, 20 — illo ,et

---

37 ,Parthi signa — reddiderunt' haustum est ex Augusti ind. 5, 40 sqq. (cf. infra p. 47), ,obsidesque ins. obtulerunt' ex eod. 6, 3 sqq.

Antonio'. quae huic narrationi interposita sunt p. 47, 4—6 ‚per Tiberium . . . Pannonicum [administravit bellum], quo bello XL captivorum milia ex Germania transtulit et supra ripam Rheni in Gallia conlocavit' [38]) debentur Suet. Tib. 9 p. 90, 25—27 ‚Germanico [bello] quadraginta milia dediticiorum traiecit in Galliam iuxtaque ripam Rheni sedibus adsignatis conlocavit [sc. Tib.]' [39]). cum p. 46, 31

38) hunc locum, ex quo Pannonico bello Germani in Galliam essent traiecti, explicari posse iam Glareanus desperavit et recte quidem: nam quae Cellarius protulit Eutropianae brevitati suffecisse solum bellum Pannonicum nominasse quia ei Germanicum illud adnexum fuisset meo certe iudicio nihil valent. itaque suo iure opinor lacunam statuit Cluverius. quam ita expleri voluit ‚sicut per privignum Tiberium Pannonicum et alterum Germanicum, quo bello cet.'; ita tamen ab Eutrop. scriptum fuisse ne mihi persuadeat primum impedit quod, cum antecedat ‚Drusum privignum suum', nomini ‚Tiberium' illud ‚privignum alterum' necessario videtur apponendum fuisse, deinde quod brevis eorum quoque desideratur indicatio quae Tiberius bello Pannonico peregerit. quare Suet. Tib. l. l. huius loci auctorem respiciens hunc fere in modum suspicor locum esse restituendum ‚sicut per Tiberium privignum alterum Pannonicum, quo Breucos et Dalmatas subegit †), deinde autem Germanicum, puo bello XL captivorum milia cet.': utrumque ‚quo' illud aut in inito aut in fine versus scriptum fuisse putarim eoque librarii cuiusvis oculos ab uno ad alterum aberrasse. verba autem ‚quo Breucos — Germanicum' vel ‚Breucos — Germ. quo' litteras amplectuntur 48; quot fere singulis archetypi versibus fuisse contentas tribus aliis locis Eutropianis demonstravit Ruehlius in mus. Rhen. nov. vol. 29 pag. 639.

†) est haec Tiberii expeditio a. 742—745 — quam Augustus ind. 5, 44—47 respicit —; omittit Eutr. posterius bellum Pannonicum a Tiberio et Germanico a. 759—762 gestum.

39) ex Eutr. Orosius 6, 21 p. 447. idem ib. (‚regiisque obsidibus traditis') etiam Suetonii illa ‚obsidesque ins. obtulerunt' videtur ante oculos habuisse (cf. Moernerus p. 144) — qui quidem obsides illos non appellat ‚regios'; erant tamen regii cf. Augusti comm. 6, 3—6 et loci scriptorum praeter Sueton. ibi allati a Mommseno p. 93; ad quam rem videtur etiam nummus spectare ab eodem p. 94

,Dalmatiam saepe ante victam sed penitus tum subactam' cf. Florus 2, 25, cum p. 47, 3 ,hoc tamen bellum[40]) per Drusum privignum suum administravit' [eadem enuntiatio ap. Suet. Aug. 20 p. 46, 21] id. 2, 30 §. 26 ,victor Drusus in tutelam provinciae praesidia atque custodias ubique disposuit per Mosam flumen, per Albin, per Visurgin', quamquam ad Visurgim et Albim castella a Druso instituta esse neque ab ullo alio scriptore memoratur et per se incredibile est.

Cap. 10 in. ,Scythae et Indi . . munera et legatos ad eum miserunt' descriptum est[41]) ex Suet. Aug. 21 ,. . Indos etiam ac Scythas . . pellexit ad amicitiam suam po-

memoratus. — cum igitur Eutropius in his rebus enarrandis partim Augusti partim Tiberii vitam Suetonianam sequatur, epitomator q. v. Victoris totus ex loco illo Augusti vitae pendet, ubi vocem ,summovit' haec verba excipiunt ,ex quibus Suebos et Sigambros dedentis se traduxit in Galliam atque in proximis Rheno agris conlocavit' (de re cf. Tacit. ann. 2, 26. 12, 39 Strab. 7, 1, 3 p. 290); habet enim epitomator ille haec 1, 7 ,iste Cantabros et Aquitanos Rhaetos Vindelicos Dalmatas numero provinciarum populo R. coniunxit [Victoris breviator exhibet 1, 2 ,adiectis imperio civium Rhaetis Illyricoque']. Suebos Cattosque delevit [hac in re dissentit a Suet.], Sicambros in Galliam transtulit. Pannonios stipendiarios adiecit' et 1, 8 ,huic Persae obsides obtulerunt creandique [hoc ex eis repetitum est quae Suet. verbis ,obsid. ins. obt.' adnectit his ,denique pluribus quondam de regno concertantibus non nisi ab ipso electum probaverunt' de quibus cf. Momms. ad m. A. 6, 9 sqq. p. 94 sq.] regis arbitrium permiserunt' — Cattorum tamen h. l. mentio, ad hoc verba paragraphi 7 ultima ,Getarum populos Basternasque lacessitos bellis ad concordiam compulit' (cf. Caes. 1, 2 ,ac pacata externarum gentium ferocia nisi Germaniae') unde sint oriunda diiudicari nequit (cf. Opitzius l. l. p. 16 = act. Lips. p. 212).

40) quod Ernestius ad Suet. Aug. 21 male statuit a Germanico gestum.

41) quod Mommsenus iam animadvertit ad mon. Anc. 5, 50 sq. p. 89.

pulique Romani ultro per legatos petendam‘ addito nescio quo ex fonte ‚munera‘: Indorum donorum meminerunt etiam Florus Strabo Dio, Indorum et Scytharum Vict. ep. 1, 9 vid. infra p. 48. adnotatio haec ib. ‚[Scyth. et J.] quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat‘ cf. cum 6, 17 p. 41, 31 sqq. ubi legitur ‚[Gaius Julius Caesar] Britannis mox bellum intulit quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat. eos quoque victos obsedibus acceptis stipendiarios fecit‘, cum Suetonius hoc e contrario dicat, l. l. ‚[Indos etiam ac Sc.] auditu modo cognitos‘, Caes. 25 p. 12, 4 sq.‘ adgressus est et Britannos ignotos antea superatisque pecunias et obsides imperavit‘. id quod p. 47, 10—12 sequitur ‚Galatia quoque sub hoc provincia facta est, cum antea regnum fuisset [u. c. 729 Dio 53, 26, 3 cf. App. Syr. 50 fin. p. 309, 21 sqq.] primusque eam Marcus Lollius pro praetore administravit‘ [idem est Lollius qui (cos. a. 733) postea — a. 738 — cladem in Germania accepit cf. Dio 54, 20 fin. Vellei. 2, 97 in. Suet. Aug. 23 p. 47, 19 sq. Obsequ. 71 fin.] cf. cum Fest. 11 p. 12, 15 sq. ‚sub Octaviano Caesare Augusto Galatia in speciem provinciae redacta est et eam primus Lollius pro praetore administravit‘. v. 12—18 ‚tanto autem amore etiam apud barbaros fuit ut reges populi Romani amici in honorem eius conderent civitates quas Caesareas nominarent. multi autem reges ex regnis suis venerunt ut ei obsequerentur et habitu Romano togati scilicet ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt‘ revocanda videntur ad Suet. Aug. 60 ‚reges amici atque socii . . in suo quisque regno Caesareas urbes condiderunt . . . ac saepe regnis relictis non Romae modo sed et provincias peragranti cotidiana officia togati ac sine regio insigni more clientium praestiterunt‘. ad v. 18 sq. ‚moriens [quae vox minus accurate pro ‚mortuus‘ usurpata] Divus appellatus‘ cf. supra adn. 14.

3. Festus quae memorat in breviarii sui cap. 4 p. 7, 18—20 ,subacta omni Africa Mauros Juba rex tenebat, qui in causa belli civilis ab Augusto victus mortem sibi propria voluntate conscivit' [42]), cap. 5 p. 8, 7 sq. ,ab Octaviano Caesare Augusto Cantabri et Astures qui freti montibus resistebant deleti sunt' [43]), cap. 7 p. 10, 6—8 ,sub Julio Octaviano Caesare Augusto per Alpes Julias iter factum est, Alpinis omnibus victis Noricorum provinciae accesserunt. Bathone Pannonniorum rege subacto in dicionem nostram Pannoniae venerunt' [44]), cap. 11 p. 12, 15 sq. ,sub Octaviano Caesare Augusto Galatia in speciem provinciae redacta est [45]) et eam primus Lollius pro praetore administravit' (cf. Eutr. 7, 10 p. 47, 10—12 supra p. 41) et v. 20—22 ,Cappadoces ita maiestatem coluere Romanam ut in honorem Augusti Caesaris Mazaca, civitas Cappadociae maxima, Caesarea cognominaretur' [46]), postremo cap. 13

---

42) errore Festus Caesarem filium ponit pro patre (cf. bell. Afric. 94 App. b. c. 2, 100 in. p. 609, 9 sqq. Dio 43, 8 fin.) cf. adn. 46. — Festum expressit in univ. Jordanis de regn. succ. c. 48, qui tamen pro ultimis Festi verbis habet ,veneno hausto defecit': male cf. loci scriptor. modo laud.

43) e Festo Jordanis ib. c. 49.

44) secundum Festum Jordanis ib. c. 50 habet ,Pannoniarum quoque regem in certamine superans idem Lucius [paullo ante laud. ex Festo v. 3] redegit in provinciam utrasque Pannonias'.

45) unde Jordanis c. 54.

46) falso hoc loco (quem expressit Jordanis c. 55) de Augusto narratur quod de Tiberio tradit Eutropius 7, 11 p. 47, 27 sq. (cf. Lydus mag. 3, 57 p. 249, 17 sq., cum Plinius et Ammianus nihil commemorent nisi ille n. h. 6, 8 fin. ,Mazacum quae nunc Caesarea nominatur', hic 20, 9, 1 ,apud Caesaream Cappadociae Mazacam antehac nominatam' cf. Ptolemaeus geogr. 5, 6 *Μάζα ἡ καὶ Καισάρεια*) ,maximam [sc. Cappadociae] civitatem (cf. Strabo 12, 2, 7 p. 537. 14, 2, 29 p. 663 Solinus 45, 4 p. 192, 12 Malalas 9 p. 223, 20) appellari nomine suo iussit, quae nunc Caesarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur' (ex quo Hier. 2036 et Jo. Antioch. fr. 79 b

fin. ,Aegyptus victa cum Antonio Cleopatra provinciae formam Octaviani Caesaris Augusti temporibus accepit[47]); et primum apud Alexandrinos Cornelius Gallus Romanus iudex administravit' (cf. Ammianus 22, 16, 24 ,Aegyptus superatis apud Actium bello navali Antonio et Cleopatra provinciae nomen accepit ab Octaviano Augusto possessa' et 17, 4, 5 ,. . . Cornelius Gallus Octaviano res tenente Romanas Aegypti procurator . .', praeterea Eutr. 7, 7 fin. ,Aegyptus per Oct. Aug. imperio R. adiecta est, praepositus ei Cn. Cornelius Gallus. hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit' cf. supra p. 34) ex descriptione illa geographica quam Ammianus in geographicis historiarum suarum partibus componendis plerumque adhibuit mutuatus

— M 4, 571 — ap. Suid. v. Τιβέριος). item ea quae Festus adnectit v. 22—24 (quem sequitur Jord. ib. exceptis verbis male additis ,[Archelaus] testamentali voce Cappadociam Romanis dedit') ,postremo sub imperatore Claudio Caesare cum Archelaus rex Cappadocum Romam venisset et ibi diu detentus occubuisset, in provinciae speciem Cappadocia migravit' ad Tiberium potius referanda sunt (cf. Jacobius l. l. p. 33†) vid. Vellei. 2, 29, 3 Tacit. a. 2, 42. 56 (s. a. 770. 771) Sueton. Tib. 37 fin. p. 102, 28 sqq. ,quosdam reges per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit, ut . . . Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in formam provinciae redegit' [cf. Tac. 2, 42 ,regnum in provinciam redactum est', 2, 56 ,Cappadoces in formam provinciae redacti'] — quem expressit Eutrop. 7, 11 p. 47, 24—26, Eutropium rursus Hieron. et Antioch. ll. ll. — et Cal. 1 p. 119, 12—15 ,Germanicus consul iterum creatus ac prius quam honorem [a. 771] iniret . . cum Cappadociam in provinciae formam redegisset' Dio 57, 17, 3—7 (s. a. 770) Vict. Caes. 2, 3 ep. 2, 8 Lydus l. l. v. 18—21 Malal. 10 p. 235, 13 sq. (alio errore implicatur Appianus Augusto hoc tribuens Mithr. 105 fin. p. 409, 1 sq. deceptus haud dubie ea re quam Dio l. l. §. 5 in. narrat vid. Marquardtus de administr. publ. Rom. 1, 209 adn. 1.

†) absimile enim veri esse duco Festum h. l. Claudii nomine Tiberium sensisse, quod Marquardtus vult 1, 208 adn. 1.

47) unde pendet Jordanis c. 57.

esse putandus est vid. Gardthausenus in Fleckeiseni annal. vol. suppl. 6 p. 512—534 et Jacobius de Festi breviarii fontibus Bonn. 1874 p. 26—37.

Narrationem de Ventidii bello Parthico cap. 18 p. 16, 17—24 (cf. Liv. per. 127. 128, praeterea Eutrop. 7, 5 p. 45, 31—35 et supra p. 31 cum adn. 26)[48]) et itidem subsequentem (usque ad capitis finem) belli cum eisdem Parthis ab Antonio gesti descriptionem[49]) (cf. Liv. per. 130[50]), porro Eutr. 7, 6 fin. Flor. 2, 20) ex epitoma aliqua e Livii annalibus facta manasse Jacobius l. l. p. 43 sqq. mihi probavit.

Cap. 19 p. 17, 6—15[51]) Floro 2, 32 deberi persuasum habeo[52]). finis huius capitis rursus ex epitoma Li-

---

48) a Festo v. 19—21 pendet Jordanis c. 61 (qui tamen ‚sub utroque duce‘ habet pro Festi ‚ducente Labieno‘).

49) hinc decerptam a Jordane c. 61.

50) Liv. per. 130 etiam in eo cum Festo convenit quod uterque Antonium duas amisisse legiones refert; Florus contra praebet quidem haec 2, 20, 3 ‚missis undique sagittis duas legiones operuerunt‘, §. 10 autem ‚vix tertia parte‘ inquit ‚de sedecim legionibus reliqua‘ (quocum concinit auct. de vir. ill. 85, 4 — cuius verba ‚bellum Parthis intulit‘ eadem sunt ac Festi p. 16, 25 et Liv. per. 130); eundem legionum numerum (16) exhibet Justinus 42, 5, 3. secundum Velleium de tredecim legionibus quarta pars amissa est (2, 82, 1—3), sec. Plutarchum (Ant. 50, quem exscr. App. pers. Parth. p. 99, 14) peditum viginti, equitum quattuor milia; quem idem Plut. ib. 37 (Parth. p. 76, 12 sq.) peditum Romanorum — exceptis sociis — numerum exhibet sexaginta milia, eum tum temporis sedecim circiter legiones explevisse Freinshemius ad Flor. 2, 20, 10 adnotat.

51) cuius initium est fons Jordanis c. 61.

52) Jacobius Festi capita 15—19 demonstrasse sibi visus est ex epitoma Liviana quae etiam ipsius Flori fons fuisset hausta esse (l. l. p. 38—45). et recte quidem me quoque iudice statuit Festum illis capitibus neque Eutropium neque coniunctos Eutr. et Florum expressisse; sed tamen quo minus eam eiusdem amplectar sententiam

viana sumptus videtur, verba tamen p. 17, 16 ‚ad satisfactionem tam audacis admissi' e suo ingenio Festus addidit: quae risum movent, cum signa anno iam 734 (Dio 54, 8, 1 Cassiodorus ad h. a.) a Parthis restituta sint.

---

ex qua Festus ibi sola epitoma illa usus sit impediunt haec verba quae in Festi capite 20 inveniuntur (p. 17, 23 sq.) ‚Traianus qui post Augustum Romanae rei publicae movit lacertos' plane concordantia cum Flori prooemio exeunte ‚a Caesare Augusto in saeculum nostrum haud multo minus anni ducenti, quibus inertia Caesarum quasi consenuit atque decoxit, nisi quod sub Traiano principe movit lacertos . .' — quae Jacobius ne verbo quidem attigit (quamquam ea ex Floro petita esse observarat iam — post Cellarium — Jahnius praef. in Flor. p. XLVIII cf. Gardthausen. l. l. p. 526 in adn.), quae mihi vero etiam locum de quo agimus itemque partem maximam capitis 17 (p. 16, 1—13 cl. Flor. 1, 46) a Floro decerpta esse prohabile reddunt. deinde animadvertendum est locum illum capitis 19, cum C. Caesar anno 756 demum vulnus istud acceperit, Livium autem constet annales suos ultra annum 745 non perduxisse, ut aut Florus aut Festus vel ex ipso opere Livii vel ex aliqua eius epitoma mutuaretur omnino fieri non potuisse: quo efficitur qui eam portiunculam negat ex ipso ductam esse Floro, ei nihil restare nisi ut ex illo fonte quo Florus h. l. usus sit sumptam contendat†). sed neque ea libros conscribendi ratio ut una cum scriptore aliquo etiam omnes vel certe complures eiusdem fontes consulantur (sicut hic de Floro — in Fest. 20 — et Livii epitoma et illo alio fonte a Floro usurpatis ponendum esset) apud aliorum quemquam istius aevi scriptorum observatur et propter verba illa Flori praefationi debita iam per se licet concludamus peculiare quoque opus Florianum a Festo in usum esse vocatum. simili igitur modo Festus capita 15—19 ex Livii epitoma Flori fonte ipsoque Flori libello conglutinavit quo v. c. Victoris epitomator in 11 prioribus libelli sui capitibus praeter Victorem uno ex huius auctoribus, Suetonio, Orosius praeter Eutropium item eius auctore Suetonio seorsum usi sunt.

†) quem existimo fuisse scriptorem qui res — inter alia — eis temporibus gestas quae Livii libris non pertractabantur ubi primum acciderunt enarraret, enarratas haud moratus in vulgus ederet, neque vero, quod forsan autumet quispiam, scriptorem epitomae identidem appellatae Livianae qui hanc epitomam continuaret.

4. Incertus libelli de viris illustribus U. R. scriptor in vita Caesaris Octaviani (cap. 79) enarranda quae habet §§. 1. 2 ed. Keil. ‚Caesar Octavianus . . in ultionem Julii Caesaris . . . Brutum et Cassium . . vicit. Sextum Pompeium . . bona paterna repetentem . . superavit‘ comparanda sunt cum his Ampelii 40, 4 ‚[Caesar Augustus bellum gessit] contra Pompeium iuvenem bona paterna repetentem, mox adversus Cassium et Brutum in ultionem interempti patris‘ et cum his Flori 2, 14, 3 ‚dum Sextus paterna repetit . . . [53]), dum Octavius mortem patris ulciscitur . . .‘ (Florus igitur h. l. aeque perperam atque Ampelius ordinem horum duorum bellorum pervertit, cum postea recte bellum Cassii et Bruti (2, 17) ante bellum cum Sexto Pompeio (2, 18) tradat); praeterea auc-

---

namque notum est Livium usque ad exitum vitae historiis suis conficiendis operam dedisse, ita ut suspicari liceat post eius mortem demum finem operis in lucem prodiisse; epitoma igitur non ante annum 770 vel 771 aut omnino fieri aut saltem finiri potuit. eo autem tempore hic de quo dico scriptor id quod apud Florum 2, 30 §. 38 legimus, barbaros videlicet ‚adhuc‘ aquilas duas Romanorum clade Variana captas possidere, libro suo minime poterat ingerere, cum una aquila anno iam 768 a Germanici legato L. Stertinio, altera anno sequ. ab ipso Germanico recuperata esset teste Tacito ann. 1, 60. 2, 25 (quod utrumque Dio 57, 18, 1 male in unam eandemque Germanici expeditionem — a. 768 factam — confert, quam altero errore anno 771 tribuit). — etiam tertiae legionis aquila in manus venit hostium, recuperata sub Claudio demum principe a. 794 sec. Dion. 60, 8; cum igitur in Floro l. l. legamus hanc tertiam aquilam latuisse Germanos, eo magis adducor ut illud opus a Floro adhibitum quam brevissimo post cladem Var. interiecto spatio, ubi res ad illam pertinentes nondum accurate cognitae essent, h. e. anno fere 763, conscriptum fuisse censeam. illam cladem non multo post quam illata est a compluribus iam descriptam fuisse testatur Velleius viginti annis post eam scribens 2, 119, 1.

53) cf. etiam Velleius 2, 73, 2 ‚quem [sc. S. Pomp.] senatus . . in paterna bona restituerat‘.

toris de vir. ill. verba ,in freto Siculo' quae ante vocem ,superavit' leguntur cf. cum Flor. 2, 18, 7 ,in Siculo freto iuvenis oppressus est' (Tacit. ann. 1, 2 ,Pompeius apud Siciliam oppressus'). verba §. 3 ,Marcum Antonium . . amore Cleopatrae devinctum . . debellavit' [54]) cf. cum Flori verbis illa de Bruto et Cassio et Sex. Pompeio dicta — sicut apud anonymum — subsecutis 2, 14, 4 ,dum Antonius . . . amore Cleopatrae desciscit in reginam . .' quae §. 4 fin. narrantur ,huic Parthi signa quae Crasso sustulerant ultro reddiderunt' ut cum Floro 2, 34 §. 63 (unde Orosius 6, 21 p. 447) ,Parthi . . rapta clade Crassiana signa ultro rettulere' (cf. Strab. 16, 1, 28 p. 748. 6, 4, 2 p. 288 Tacit. a. 2, 1) consentiunt ita repugnant ipsi Augusto dicenti in indice rer. a se gest. 5, 40 sqq. ,Parthos trium exercitum Romanorum spolia et signa reddere mihi coegi' quem secutus est auctor Suetonii [55]) Aug. 21 p. 47, 9 sq. haec habentis ,Parthi . . signa militaria quae M. Crasso et M. Antonio ademerant reposcenti reddiderunt' [56]) cf. Verg. Aen. 7, 606 ,Parthosque reposcere signa' et Dio 53, 33, 2. 54, 8, 1, qui ex pacto, quod filium a Tiridate raptum Augustoque traditum ab hoc receperat, Phraatem signa remisisse narrat, et in universum Justinus 42, 5, 10 sq. quod ad §. 5 attinet ,Indi Scythae Sarmatae

---

54) cum hoc loco ,Marcum Ant. am. Cl. dev. in Actiaco Ambraciae litore debellavit' compares velim eiusd. 85, 4 fin. haec ,[Marcus Antonius] Cleopatrae amore devinctus in Actiaco litore ab Augusto victus est'.

55) ea enim quae Suetonius ex Augusti commentario transscripsit non ex hoc ipso sed ex alio rursus auctore ab eo hausta sunt, ut recte observavit Clasonius de Tacito et Suetonio (Vratisl. 1870) p. 57.

56) quocum convenit quod non ipsum Augustum sed Tiberium haec signa recepisse Suetonius Tib. 9 p. 90, 19 sq. memoriae mandat.

Daci quos non domuerat dona miserunt', eas ipsas gentes Ampelius quoque dicit solas imperii Romani ab Augusto relictas esse immunes 47 vers. fin. ,populus Romanus per Caesarem Augustum totum orbem perpacavit exceptis Indis Parthis Sarmatis Scythis Dacis' — Parthos ab auctore suo non commemoratos de suo adicit propterea quod ii (sicut ceteri illi) ante suam aetatem denuo erant debellati, id quod elucet ex eis quae addit ,quod eos fortuna Traiani principis triumphis reservavit' —[57]); de donis vero a Sarmatis Dacis missis alibi nusquam traditur — de Indorum donis loquuntur Florus 2, 34 §. 62 Strabo 15, 1, 4 p. 686 et (secundum Nic. Damasc.) 15, 1, 73 p. 719 (N. D. fr. 91 M 3, 419) Dio 54, 9, 8, de Indorum et Scytharum Eutropius 7, 10 in. et Vict. ep. 1, 9 —, atque pariter Florus l. l. Augustus 5, 50 sqq.[58]) et ex hoc Suetonius[59]) Aug. 21 Indos Scythas Sarmatas quidem (quibus Augustus Bastarnas Albanos Hiberos Medos, Florus Seres addit) amicitiam petisse Romanorum narrant (Indos etiam

57) de Indis Scythis Sarmatis cf. Florus 2, 34 §. 61 sq. ubi hi ,immunes imperii' appellantur (de Sarmatis etiam id. 2, 29, de Indis ac Scythis Suetonius Aug. 21 p. 47, 6 qui eos ,auditu modo cognitos' vocat). Daci quoque gentibus illis quas non domuerit Augustus adnumerandi sunt: etenim secundum Flor. 2, 28 Dacis ultra Danuvium repulsis (cf. August. l. mox. cit.) ,Dacia non victa sed summota atque dilata est'; Suetonius quoque Aug. 21 p. 46, 27 sq. nihil memorat nisi coercuisse Caesarem Dacorum incursiones tribus eorum ducibus cum magna copia caesis cf. Strabo 7, 3, 13 fin. p. 305 — Augustus e contrario nimis glorians l. l. 5, 47 sqq. Dacos ait imperia populi Romani perferre sese coegisse.

58) errat igitur Hauptius p. 26 dicens praeter anonym. et Florum Sarmatas ad Octavianum legatos misisse a nullo scriptore esse commemoratum.

59) Suetonius diserte quidem Indos tantum ac Scythas id fecisse dicit, sed in universum etiam ,quorundam' inquit ,barbarorum principes in aede Martis Ultoris iurare coegit mansuros se in fide ac pace quam peterent'.

Dio Strabo ll. ll. Festus 19 fin. Syncell. p. 589, 1 sq. 11 sq. cf. Verg. A. 6, 794, Indos et Scythas Vict. Caes. 1, 7 ep. 1, 9 Oros. 6, 21 p. 446 cf. Horatius c. 1, 12, 55 sq. 4, 14, 41 sqq. 4, 15, 23 carm. saec. 53 sqq. sed nil tale aut ab illis aut ab aliis quibuscunque refertur de Dacis. tum quod §. 6 legimus ‚Iani gemini portas bis ante se clausas primo sub Numa, iterum post primum Punicum bellum sua manu clausit', id Suetonius Aug. 22 in. ex mon. Anc. 2, 42 sqq. neque tempore quo semel, quo iterum Ianus ante Augustum clausus sit et numero quoties sub Augusto definito, at Florus 2, 34 § 64 illo tempore post verba ‚Ianum geminum bis ante se clusum', quae sunt eadem paene atque anonymi, addito, neglecto numero illo narrat sicut anon.[60]) denique quod hic

60) quaeri potest quotum intellexerit Flori et anonymi auctor (v. infra) Janum Augusto principe clausum. Mommsenus (ad mon. Anc. l. l. p. 32) ad tertio clausum Flori locum pertinere putat, ‚cum praecedat narratio de signis a Parthis restitutis u. c. 734' †); sed simili argumento concludi posset primo clausum Janum sensisse scriptorem, cum sequatur Augusti nominis Octaviano u. c. 727 inditi narratio. omnino autem Flori in enarrandis rebus ordine nil potest probari (cf. Rupert. ad Flori prooem. in.), cum etiam tota capita, temporum rationem si respicimus, ordine turbato apud eum legantur, veluti bellum Perusinum ante triumviratum rei p. constituendae anteque bellum Philippense, bellum Germanicum a. 742—762 ante et bellum Cantabricum et Asturicum a. 729—730 et pacem Parthorum a. 734 et eum de quo agimus clausum Janum et Augusti cognomen per Octavianum assumptum refert (alia exempla vid. apud Heynium de Floro p. 28. 52); Florum temporis ordinem non accurate servare etiam ipse Mommsenus de altero eius loco (2, 31) agens animadvertit in commentariolo de P. Astpicii Quirinii tit. Tiburt. p. 120. mea sententia Florus Janum primo sub Augusto h. e. a. 725 clausum vult intellegi (idem hoc putant Baumstarkius in Pauly Realencyclop. v. Florus 3 p. 490 et Heynius de Floro p. 29), numero quidem ‚septingentesimo ab u. c. anno', ut merito ait Mommsenus, ‚omnino corrupto'. ita etiam aliorum loci scriptorum qui non quoties

§. 7 ‚dictator in perpetuum factus a senatu ob res gestas Divus Augustus est appellatus‘, idem Florus 2, 34 §. 65 (‚ob haec tot facta ingentia dictator perpetuus‘[61]) cf. Am-

---

Janus clausus sit sub Octaviano sed nil nisi clausum eo tempore esse memoriae prodiderunt sine dubio ad primo clausum spectant velut Vellei 2, 38, 3 ‚immane bellicae civitatis argumentum quod semel sub regibus, iterum hoc T. Manlio cos., tertio Augusto principe certae pacis argumentum Janus geminus clausus dedit‘ et Caesarum scriptoris 1, 3 ‚tertius post Numam [intellege ‚a Numa‘] victo Antonio Janum clausit‘ et Plutarchi Num. 20 ubi de Jano legitur: ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος ἐκλείσθη καθελόντος Ἀντώνιον.

†) tertio enim imperante Augusto videtur clausus esse intra annos u. c. 748—752, fortasse, ut scribit Orosius 6, 22 in. p. 448, anno 752 (v. Momms. l. l.), quamquam hoc Orosius forsan ea sola de causa posuit quod Christus secundum eum 6, 22 p. 448 et 7, 3 in. p. 457 eodem anno natus est, sicut illius ‚quietissimi otii‘ tempus etiam nimium extendit (p. 448): v. Eggerus examen p. 321 et Momms. l. l.; sin autem Orosius ut plerumque (cf. supra p. 27) ita etiam huius anni indicatione aeram Capitolinam secutus sit (quod sane putarunt Norisius cenot. Pis. diss. 2 cap. 10 et Moernerus p. 74), ulterius etiam progrediendum et Orosii indicatio cum Norisio l. l. habenda sit utique falsa.

61) repugnat hoc cum Dioni 54, 1, 4 Suetonio Aug. 52 fin. Velleio 2, 89, 5 (quibus iniuria Mommsenus — ad mon. Anc. 1, 31 sq. p. 12 — eum de quo agimus anonymi locum addit) Tacito ann. 1, 9 tum ipsius Augusti indici 1, 31 sq., ideoque Mommsenus mutandum putavit ‚dictator perpetuus‘ in ‚dictus imperator perpetuus‘ (cf. Dio 52, 41, 3—4 Verrius fast. Praen. C. J. L. 1, 312 = 384 Censorin. d. d. n. 21, 8 SC. ap. Macrob. s. 1, 12, 35 tituli innumeri [de titulo Orell. 618 Mommsen. de iure publ. Rom. 2, 751 adn. 1], act. triumph. Capitol. C. J. L. 1, 478 bis, nummi Eckheliani 6, 83—87. 101. 106 Coheniani Aug. n. 1. 2. 12—18. 21. 28—32. 39. 84. 85. 89—91. 104—112. 187. 244—246. 261. 262. 271. 286—288. 291. 310—318. 348—351. 374. 377. 385—389. 503. 521 C. L. Caes. et Aug. n. 2; contra expedire me non posse fateor nummum sic inscriptum Caesar III. vir R. P. C. — Caesar Dic. Per. [Cohen. Aug. n. 67]; reiciendum autem est quod Lydus dicit mag. 1, 4 p. 124, 6—9 cf. Dio l. l. et 43, 44, 2), quod Halmius ‚dictator‘ vocabulum esse interpolatum ratus ex Flor. 2, 13, 91 in ordinem ver-

pel. 18 fin. ‚Julius Caesar Augustus . . ., post cuius consecrationem perpetua Caesarum dictatura dominatur‘) et 66 expresserat. haec autem §. 4 in. ‚reliquam orbis partem per legatos domuit‘ conferas cum (Augusto ind. 1, 24 sq. ‚ob res aut a me aut per legatos meos auspiciis meis terra marique prospere gestas etc.‘ et qui ab eo pendet) Suetonio Aug. 20 (ex quo sua hausit Orosius 6, 21 p. 447) ‚externa bella duo omnino per se gessit . . . [id quod anon. falso omittit] reliqua per legatos administravit‘ et 21 in. ‚domuit autem partim ductu partim auspiciis suis etc.‘ [62])

---

borum recepit. sed hoc loco vir ille doctissimus ingeniosius quam verius coniecit; primum enim codicis Floriani scripturam tuentur quae auct. de v. i. et Ampel. ll. ll. ex eodem cum Floro fonte (v. infra) tradunt (cf. Spengelius l. mox cit. p. 349 et Heynius de Floro p. 6); deinde in hoc vitio cum horum trium auctore etiam alius consentit rerum scriptor, cuius nulla cum illo est communio, Eutropius, qui 1, 12 p. 8, 32—34 suo ipsius arbitratu haec scribit ‚. . maxime cum Augustus quoque Octavianus . . . et ante eum Gaius Caesar sub dictaturae nomine atque honore regnaverint‘ †), cum postea, ubi fontis sui premit vestigia, merito de Caesare patre id enarret (6, 20 p. 42, 26 cf. Liv. 112 Suet. Caes. 76 p. 31, 2 sq.), de filio (in libr. 7) omittat. — in Victoris quidem epitoma 1, 1 fin. legitur ‚mos Romae repetitus uni prorsus parendi pro rege imperatori vel sanctiori nomine Augusto appellato‘, quibus in verbis agnoscitur Florus 2, 34 §. 65. 66. sed Aurelium opinor ex auctoritate Flori haec vel similia scripsisse ‚. . . pro rege dictatori vel q. s.‘, eum autem qui epitomam confecit, cum e Suetonio diligenter adhibito didicisset Octavianum dictaturam sibi oblatam non recepisse (v. Suet. Aug. 52 fin.), pro dictatore ex quocunque fonte vel ex suo ingenio posuisse imperatorem. — ipsi igitur Floro, non alicui librario, iste error (cum Eggero l. l. p. 240) imputandus est. ceteroqui ipsum Mommsenum postea suam coniecturam abiecisse eius ad mon. Anc. l. l. adnotatione cognoscitur.

†) id quod subterfugit Hauptium p. 26 solos anonym. Florum Ampelium ei errori obnoxios esse adnotantem.

62) cum hoc loco Suetoniano ‚domuit autem partim ductu part. auspiciis suis . . . Raetiam et Vindelicos ac Salassos, gentes

His scriptorum locis ita inter se comparatis primo hisce anonymum de v. i. in hoc capite auctoribus statui sese addixisse: in §§. 1. 2. 5 Hygino, cuius ‚de vita rebusque illustrium virorum‘ opus magnam partem hoc libello de v. i. in brevius redactum itemque in primariis Ampelii fontibus esse reponendum Woelfflinus de L. Ampelii libro memoriali (Gotting. 1854) p. 35 sqq. censuerat; in §§. 3. 4 fin. 6. 7 Floro, ad quem haud raro auctorem d. v. i. sese applicasse Spengelius in act. academ. Monac. vol. 36 — cl. philos. philol. 9 (1861) — p. 348 sq. et Heynius de Floro historico (Bonn. 1866) p. 6 iudicaverant; postremo in §. 4 in. Suetonio, quo et ipso hunc scriptorem usum esse significarat Teuffelius (hist. litt. Lat. §. 414, 4 p. 970 ed. tert.). neque vero multo post hanc rem accuratius consideranti prorsus dissimile veri mihi visum est illud caput ex trium scriptorum locis istum in modum compositum esse, cum praesertim nonnunquam, ut vidimus, uno eodemque loco et cum Floro et cum Ampelio notabiliter conspiret. qua de re cum etiam tum meditarer, opportune prodierunt quaestiones de auctoris de vir. ill. libro historicae ab Hauptio institutae (Francof. 1876). qui multorum anonymi locorum cum Ampelio, cum Floro, cum utroque concentum inde proficisci quod omnes tres ex communi fonte hauserint mihi quidem persuasit (p. 18—26); et mea opinione ea quoque tria anonymi capita (54. 84. 85)[63]) quae num forsitan ex ipso Floro excerpta sint in dubio reliquit (p. 27) communi auctori debentur. quodsi

Inalpinas‘ (Tib. 9 ‚Raetico atque Vindelico [bello Tiberius] gentis Alpinas subegit‘) cf. etiam inscriptio tropaei Alpium a Plinio n. h. 3, 136 sq. servata et Livii per. 135 ‚Salassi gens Alpina perdomiti‘, etiam Festus 7 p. 10, 7 ‚Alpinis omnibus victis‘ et Velleius 2, 90, 1 p. 96, 3 sq. ed. Halm.

63) 85, 4 ‚vix tertiam partem de sedecim legionibus . .‘ legerim pro ‚quindecim‘ cl. Flor. 2, 20, 10.

eam ob rem capitis 79 §§. 1—3. 4 fin. 5—7 ad hunc auctorem referendae sunt, nihil probabilius est profecto quam etiam unum quod restat initium §. 4 ab eodem desumptum esse [64]).

Communes autem anonymi cum Floro fontes Hauptius duos statuit, Livii annales (p. 18—20) et Cornelium Nepotem (p. 20—36), cum Ampelio unum Nepotem (ibid.) — vel potius epitomam Cornelianam: p. 39 sq. —, ex quo praeter eos quos Woelfflinus (l. l. p. 32) ex eo fluxisse putavit praesertim etiam illos Ampelii locos quos hic Hygino vindicavit depromptos esse existimat.

At tamen hoc certe caput de quo agimus (cuius paragraphorum 4 fin. 5—7 originem Hauptius p. 26 cf. 39 a communi illo auctore, quem Nepotem appellat, repetit) ad Cornelium Nepotem referri nullo modo potest. primum enim Nepotem, quem Divi iam Augusti principatu obiisse Plinius testis est (n. h. 9, 137), huius eiusdem

64) ex hoc fonte etiam vocem ‚Divus‘ in §. 7 irrepsisse crediderim (de re cf. adn. 14): vocabulum enim consecrationis quod apud Florum in l. 2 capitis 34 inscriptione et in Ampelii loco p. 51 allato reperimus, quo Florus quidem Augusti nomen Octaviano tributum significat, ab eo de quo dico scriptore videtur de vera Augusti consecratione usurpatum fuisse. verba tamen §. 6 ‚sua manu‘ fortasse proprio Marte anonymus addidit et infeliciter quidem: clausus enim a. 725 (cf. adn. 60) Janus est absente Augusto (Dio 51, 20, 3 sq.) — quod ad verba Floriana attinet ‚ausus . . Caesar Augustus . . Janum geminum cludere‘ et Victoris breviatoris q. v. adn. 60, sciendum est Suetonium quoque Aug. 22 in. minus accurate simili usum locutione (‚Janum Quirinum . . . terra marique pace parta [his eisdem verbis Livius 1, 19, 3 utitur cf. Augustus m. A. 2, 43 sq. et titulus Gruter. p. 149, 4] ter clusit‘) de ter clauso Augusti tempore Jano, itemque de primo sub eod. clauso Verrium Flaccum in fast. Praen. ad III Id. Jan. (C. J. L. 1, 384) — si quidem hic locus de primo tum clauso accipiendus est cf. ibi Mommsen. —; Orosius denique similiter atque auct. d. v. i. de primo clauso refert ‚ipse clausit‘ 6, 20 p. 440. 443.

Augusti vitam descripsisse per se improbabile videtur, libro autem de exemplis ab eo conscripto hae animadversiones me quidem iudice contineri non potuerunt; maxime autem quin Nepotem anonymo pro fonte fuisse statuamus obstat §. 4 in. ubi quod traditur vidimus a Suetonii auctore ex Augusti indice sumptum esse, quem utpote post mortem demum Augusti publici iuris factum Cornelio, etiam si usque ad extremum Augusti tempus eum vixisse ponamus, in usum vocare non licuit. cum autem in hoc capite scriptor prorsus eadem ratione qua per totum libellum cum Floro et Ampelio congruat, eum hic eodem quo ceteris locis Flori Ampeliique auctore usum esse ad veri similitudinem quam proxime accedit. itaque quoniam plurimis locis, in primis multis eorum ubi cum Floro quoque et Ampelio concinit, anonymum cum Cornelio insigniter consonare Hauptius luculenter evicit, nihil aliud videtur restare nisi ut primarium illum anonymi auctorem, quem etiam Ampelius et Florus passim ducem sibi elegerunt, — praeter quem et Livium (vel Livianam epitomam) tamen alios quoque eum fontes secutum esse vero proximum duco — statuamus eius modi fuisse rerum scriptorem qui permulta sua e Nepote mutuatus esset[65]). quis autem inter eos quorum aut aliquid nobis servatum aut de quibus memoriae proditum est scriptores hic auctor fuerit, de ea re ne opinationem quidem in medium proferre ausim; id solum videtur conici posse ex hoc auctore etiam eos Suetonii

65) sed etiam prorsus diversos adiit fontes: sic Manlium Capitolinum Nepos verberando necatum, Varro e saxo Tarpeio praecipitatum esse scripserat teste Gellio 17, 21, 24: non illud autem sed hoc relatum legimus apud anonymum 24, 7 (quod Schottus animadvertit) Ampelium 27, 4 Florum 1, 17 (26 §. 8). — hac re simul efficitur non modo ipsum Cornelium sed ne continuatum quidem eiusdem opus habendum esse — quod fortasse dixerit aliquis — eum fontem quem anonymus Florus Ampelius ccommuniter consuluerint.

locos esse haustos qui (cf. adn. 55) sicut de Octaviani bellis adnotatio supra p. 51 summatim Augusti commentarium sapiunt (collecti ei a Lehmanno de Claudio et Nerone 1, 50 sqq. Gotting. 1858).

— De Vellei in eis quae de Octaviano tradidit fide Sauppius egit in mus. Helvet. v. 1 p. 153 sqq. 162 sqq., nuperrime de Oppen de M. Velleio Paterculo (Rostochii 1875) p. 9—13.

5. In enarrandis rebus quae ad Augusti aetatem pertinent saepe numero aut Tacitus Suetonius Dio aut Tacitus et Dio aut Suetonius et Dio ita inter se congruunt ut communem quem adierint fontem statuamus necesse videatur.

In annum enim 767, quo Divus Augustus vita defunctus est, tradunt haec [66]):

Sueton. Aug. 97 p. 82; 19 sqq. c. 100 p. 84, 36 sqq.	Dio 56, 29, 4[67]) (ap. Reich. p. 21) 56, 46, 2.
nec defuit vir praetorius qui se effigiem cremati euntem	*ἐκείνῃ* [sc. *ἡ Λιουία*] *δὲ δὴ Νουμερίῳ τινὶ Ἀττικῷ βουλευτῇ*

66) hoc libello iam conscripto in manus mihi inciderunt dissertationes Reichavi de fontium delectu quem in Tiberii vita moribusque describendis Velleius Tacitus Suetonius Dio habuerint (Regimonti Pr. 1865), Christenseni de fontibus a Cassio Dione in vita Neronis enarranda adhibitis (Berol. 1871), Froitzheimii de Taciti fontibus in libro I annalium (Bonn. 1873): in quibus complures locorum a me allatorum iam comparatos inveni, quare hos non exscripsi sed citasse satis habui.

67) ex Dione Jo. Antiochen. fr. 78 §. 1 fin. (M 4, 568). reliqua quae hac Antiocheni §. narrantur prodigia ad Octavianum pertinentia — quae ad verbum fere hinc exscripsit Cedrenus t. 1 p. 301. 1—14 — deprompta videntur ex Dione 45, 1, 3—2, 2, quocum conferendus Suetonius Aug. 94 p. 79, 28—36; 80, 14—17. 32—38 (cum hoc ult. loco cf. etiam Plut. Cic. 44). — alia de eo prodigia eadem in universum ratione leguntur apud et Sueton. ib. p. 79, 19—27, ubi haec in Asclepiadis Mendetis (Menditae?) Theologumenon libris sese legere ait (Ascl. fr. 2 M 3, 306) et Dion. 45, 1, 2 fin.;

in caelum vidisse iuraret. reliquias legerunt primores equestris ordinis . . ac Mausoleo condiderunt.

ἐστρατηγηκότι πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας ἐχαρίσατο, ὅτε τὸν Αὔγουστον ἐς τὸν οὐρανὸν κατὰ τὰ περί τε τοῦ Πρόκλου καὶ περὶ τοῦ Ῥωμύλου λεγόμενα ἀνιόντα ἑορακέναι ὤμοσε.

56, 42, 4. ἡ δὲ δὴ Λιουία κατὰ χώραν πέντε ἡμέραις μετὰ τῶν πρώτων ἱππέων μείνασα τά τε ὀστᾶ αὐτοῦ συνελέξατο καὶ ἐς τὸ μνημεῖον κατέθετο.

Tacitus ann. 1, 2. 3 fin. — Dio 56, 44, 3. 4 (apud Froitzh. p. 27 sqq.)

1, 5 in. — 56, 30 in. (ap. Reich. p. 18 sq. Froitzh. p. 32.)

1, 9 fin. — 56, 44, 1. 2.

(vita eius varie extollebatur arguebaturve. hi) pietate erga parentem et necessitudine rei p., in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum, quae neque parari possent neque haberi per bonas artes . . . non aliud discordantis patriae remedium fuisse quam ut ab uno regeretur. non regno tamen neque dictatura sed principis nomine constitutam rem p.; mari Oceano aut amnibus longinquis saeptum imperium; legiones provincias classes, cuncta inter se conexa; ius apud cives, modestiam apud socios; urbem

εἰ γάρ τινες καὶ τῶν προτέρων τῶν ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις γενομένων ἐμνημόνευον, ἐκεῖνα μὲν τῇ τῶν πραγμάτων ἀνάγκῃ ἀνετίθεσαν, τὴν δὲ δὴ γνώμην αὐτοῦ ἐξ οὗ τὸ κράτος ἀναμφίλογον ἔσχεν ἐξετάζειν ἠξίουν, πλεῖστον γὰρ δὴ τὸ διάφορον ὡς ἀληθῶς παρέσχετο. καὶ τοῦτο μὲν καθ' ἕκαστον ἄν τις τῶν πραχθέντων ἐπεξιὼν ἀκριβώσειε· κεφάλαιον δὲ ἐφ' ἅπασιν αὐτοῖς γράφω ὅτι τότε στασιάζον πᾶν ἔπαυσε καὶ τὸ πολίτευμα πρός τε τὸ κράτιστον μετεκόσμησε καὶ ἰσχυρῶς ἐκράτυνεν, ὥστε, εἰ καὶ

S. ib. p. 80, 18 sqq. et D. 45, 2, 3. 4; S. ib. p. 81, 1—4 et D. ib. §§. 5. 6; S. ib. v. 5—12 et D. 43, 41, 2. 3. de Suet. Aug. 95 in. vid. supra p. 25 sq.; cum Suet. 95 p. 81, 25—27 cf. Dio 46, 46, 2. 3 App. b. c. 3, 94 p. 719, 19 sqq., cum Suet. ib. v. 27—29 Plinius n. h. 11, 190 Dio 46, 35, 4; cum S. 96 in. Dio 47, 1, 3, cum S. 96 p. 81, 35—37 Dio 47, 41, 2, cum S. ib. p. 82, 4—6 Plin. 9, 55 Dio 49, 5, 5, cum S. ib. v. 6—10 Plut. Ant. 65.

ipsam magnifico ornatu; pauca admodum vi tractata, quo ceteris quies esset.

βιαιότερόν τι, οἷα ἐν τοῖς παραλόγοις φιλεῖ συμβαίνειν, ἐπράχθη, δικαιότερον ἄν τινα αὐτὰ τὰ πράγματα ἢ ἐκεῖνον αἰτιάσασθαι.

Dio 56, 30, 5.
καὶ ὁ μὲν οὕτω τῇ ἐννεακαιδεκάτῃ τοῦ Αὐγούστου, ἐν ᾗ ποτε τὸ πρῶτον ὑπάτευσε, μετήλλαξε ζήσας μὲν πέντε καὶ ἑβδομήκοντα ἔτη καὶ μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσι,[68] *τῇ γὰρ τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τοῦ Σεπτεμβρίου ἐγεγέννητο, μοναρχήσας δὲ, ἀφ᾽ οὗ πρὸς τῷ Ἀκτίῳ ἐνίκησε, τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα ἔτη δεκατριῶν*[69] *ἡμερῶν δέοντα* (cf. 51 in. supra p. 12 de die victoriae Actiacae).

Sueton. Aug. 100 in.
obiit in cubiculo eodem quo pater Octavius, duobus Sextis, Pompeio et Appuleio, cons. XIV. Kal. Septemb. hora diei nona, septuagesimo et sexto aetatis anno, diebus V et XXX minus.
c. 5 in. natus est Augustus M. Tullio Cicerone C. Antonio conss. IX. Kal. Octob.
c. 8 fin. primum cum M. Antonio . . . per duodecim fere annos, novissime per quattuor et quadraginta solus rem p. tenuit.

Tacitus ann. 1, 9 in.
multus hinc ipso de Augusto sermo plerisque vana mirantibus: quod idem dies accepti quondam imperii princeps et vitae supremus, quod Nolae in domo et cubiculo in quo pater eius Octavius vitam finivisset.
dial. 17 m. statue sex et quinquaginta annos quibus mox divus Augustus rem p. rexit.

Dio 56, 31, 1. Tacitus ann. 1, 5 fin. (ap. Reich. p. 18 cf. 25 sq. et Froitzh. p. 33).
unus Suetonius hoc refert (Tib. 22 in.) ‚excessum Augusti non prius palam fecit quam Agrippa iuvene interempto'; — de huius autem caede eis quae sequuntur eadem ratione tradit qua Tacitus et Dio.

Dio 57, 3, 5 fin. 6. Tacit. 1, 6 in. Suet. Tib. 22 p. 96, 35 sqq. (Dionem cum Tacito Reich. p. 18 cf. Froitzh. p. 31, cum Suet. Reich. p. 21 et Christ. p. 35 adn. 79, idem p. 33 partim Suetonium cum Tacito contulit.)

---

68) *ἑπτὰ* potius *καὶ εἴκοσι* scribere debuit Dio, ut merito ad Suet. Aug. 100 adnotat Casaubonus.

69) verius 14.

Tacit. 1, 10 vers. fin. Dio 56, 45, 3. Suet. Tib. 21 p. 96, 3 sq. (ap. Reich. p. 18. 21. 24. 28 Christ. p. 32; Dionem cum Tacito contulit etiam Froitzh. p. 30.)

Aliis locis inter se comparatis per se quidem nihil probaretur, sed tamen propter eos quos attuli hi quoque e communi illo fonte videntur derivandi esse. quare eos compono.

Sueton. Aug. 99 in.	Dio 56, 30, 4.
supremo die . . . admissos amicos percontatus ecquid iis videretur mimum vitae commode transegisse, adiecit et clausulam: *εἰ δέ τι ἔχοι καλῶς τὸ παίγνιον, κρότον δότε καὶ πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατε.*	*κρότον δὲ δή τινα παρ' αὐτῶν* [sc. *τῶν ἑταίρων*] *ὁμοίως τοῖς γελωτοποιοῖς, ὡς καὶ ἐπὶ μίμου τινὸς τελευτῇ, αἰτήσας καὶ πάμπανυ πάντα τον τῶν ἀνθρώπων βίον διέσκωφε.*[70]
c. 100 p. 84, 18 sqq.	56, 31, 2.
corpus decuriones municipiorum et coloniarum a Nola Bovillas usque deportarunt noctibus . . . . a Bovillis equester ordo suscepit urbique intulit . . . senatus —	*τὸ δ' οὖν σῶμα τὸ τοῦ Αὐγούστου ἐκ μὲν τῆς Νώλης οἱ πρῶτοι καθ' ἑκάστην πόλιν ἐκ διαδοχῆς ἐβάστασαν, πρὸς δὲ δὴ τῇ Ῥώμῃ γενόμενον οἱ ἱππεῖς παραλαβόντες νυκτὸς ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκόμισαν. τῇ τε ὑστεραίᾳ βουλὴ ἐγένετο —*
ib. v. 34 sq.	56, 34, 4.
laudatus est pro aede Divi Juli a Tiberio et pro rostris veteribus a Druso Tiberi filio.	*προτεθείσης δὲ τῆς κλίνης ἐπὶ τοῦ δημηγορικοῦ βήματος ἀπὸ μὲν ἐκείνου ὁ Δροῦσός τι ἀνέγνω, ἀπὸ δὲ τῶν ἑτέρων ἐμβόλων τῶν Ἰουλιείων ὁ Τιβέριος δημόσιον δή τινα κατὰ δόγμα λόγον ἐπ' αὐτῷ τοιόνδε ἐπελέξατο . .*

---

70) cf. Cedrenus 1 p. 321, 6 sqq. ὁ *Καῖσαρ Αὔγουστος ἐν τῷ μέλλειν αὐτὸν . . ἀποβιῶναι παρηγγύησε τοὺς ἐν τέλει* (sic!) *πάντας ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ χεῖρας κροτῆσαι καὶ γελάσαι ὡς ἐπὶ μίμου τελευτῆς. τοῦτο δὲ ποιῆσαι διωρίσατο ἀποσκώπτων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ὡς γέλωτος ἄξιον.*

c. 101 p. 85, 27 sq.	56, 32 fin. ap. Xiphil.
Julias filiam neptemque, si quid iis accidisset, vetuit sepulcro suo inferri.	τὴν θυγατέρα . . ταφῆναι ἐν τῷ αὐτοῦ μνημείῳ ἀπηγόρευσε.
c. 66 p. 68, 10 sqq.	56, 32, 3 ap. Xiphil.
legata vel partes hereditatium a quibuscumque parentibus relicta sibi aut statim liberis eorum concedere aut si pupillari aetate essent die virilis togae vel nuptiarum cum incremento restituere censuerat.	καὶ προσέτι καὶ τοῖς παισὶν ὧν μικρῶν ἔτι ὄντων τοὺς πατέρας τῶν οὐσιῶν ἐκεκληρονομήκει προσέταξε πάντα μετὰ τῶν προσόδων, ἐπειδὰν ἀνδρωθῶσιν, ἀποδοθῆναι. ὅπερ που καὶ ζῶν ἐποίει· εἰ γάρ τινα τέκνα ἔχοντα διεδέξατο, τοῖς παισὶν αὐτοῦ πάντως, εἰ μὲν ἤδη τότε τέλειοι ἦσαν, εὐθύς, εἰ δὲ μή, μετὰ τοῦτο πάντα ἀπεδίδου.
Tacitus ann. 1, 8.	Dio 57, 2, 2 (ap. Froitzh. p. 31.)
1, 10 fin.	56, 46 in. (ap. Froitzh. p. 30)
1, 15.	56,46, 4. 5 (ap. eund. ib.)

Tacitus a. 1, 8 in.	Suet. Aug. 101 in.	Dio 56, 32, 1. 2 ap. Xiphil.
nihil primo senatus die agi passus [sc. Tiberius] nisi de supremis Augusti, cuius testamentum inlatum per virgines Vestae Tiberium et Liviam heredes habuit. Livia in familiam Juliam nomenque Augustum adsumebatur; in spem secundam nepotes pronepotesque, tertio gradu primores civitatis scripsetat, plerosque invisos sibi, sed iactantia gloriaque ad posteros. legata non ultra civilem modum, nisi	testamentum . . depositum apud virgines Vestales cum tribus signatis aeque voluminibus protulerunt. quae omnia in senatu aperta atque recitata sunt. heredes instituit primos Tiberium ex parte dimidia et sextante, Liviam ex parte tertia, quos et ferre nomen suum iussit, secundos Drusum Tiberi filium ex triente, ex partibus reliquis Germanicum liberosque eius tres sexus virilis, tertio gradu propinquos amicos-	καὶ τὰς διαθήκας αὐτοῦ Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω ὡς μὴ πρέπον βουλευτῇ τοιοῦτόν τι ἀναλέγεσθαι. κατελέλειπτο δὲ ἐν αὐταῖς τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιουίᾳ, ὥς τινες λέγουσιν· ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνῃ τῆς οὐσίας αὐτοῖ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο τοσοῦτον αὐτῇ. καὶ παρὰ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνηθῆναι . κληρονόμοι μὲν δὴ οὗτοι ἐγεγράφατο· κτήματα δὲ καὶ

quod populo et plebi quadringenties tricies quinquies, praetoriarum cohortium militibus singula nummum milia, legionariis[71]) trecenos nummos viritim dedit.

que compluris. legavit populo R. quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium, praetorianis militibus singula milia nummorum, cohortibus urbanis quingenos, legionariis trecenos nummos.

Tib. 23 coacto senatu . . . inlatum Augusti testamentum non admissis signatoribus nisi senatorii ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus recitavit per libertum. testamenti initium fuit „. . Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia et sextante heres esto'.

χρήματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προσηκόντων οἱ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐχ ὅπως βουλευταῖς καὶ ἱππεῦσιν ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι, τῷ τε δήμῳ χιλίας μυριάδας καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς μὲν δορυφόροις κατὰ πεντήκοντα καὶ διακοσίας δραχμὰς, τοῖς δ'ἀστικοῖς τὴν ἡμίσειαν τῷ τε λοιπῷ τῷ πολιτικῷ πλήθει πέντε καὶ ἑβδομήκοντα δοθῆναι ἐκέλευσε.

quibus addendum est quod habet Zonaras 10, 38 vol. 2 p. 454, 27 — 455, 1 ed. Dindorf.

(quod brevi post sequitur apud Suet. ‚Julias — inferri' et ap. Xiphil. τὴν θυγατέρα — ἀπηγόρευσε. τοσαῦτα μὲν αἱ διαθῆκαι ἐδήλουν iam supra comparatum est.)

Suet. Aug. 101 fin.

tribus voluminibus uno mandata de funere suo complexus est, altero indicem rerum a se gestarum quem vellet incidi in aeneis tabulis

Dio 56, 33 ap. Xiphil.

ἐσεκομίσθη δὲ καὶ βιβλία τέσσαρα· καὶ αὐτὰ ὁ Δροῦσος ἀνέγνω. ἐγέγραπτο δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ὅσα τῆς ταφῆς εἴχετο, ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ ἔρ-

Tacit. ann. 1, 11 fin.

[Tiberius] proferri libellum recitarique iussit. opes publicae continebantur, quantum civium sociorumque in armis, quot classes regna

71) verba in cod. h. l. sequentia delenda esse puto cum C. A. Muellero in Philol. vol. 33 p. 315 sq.

quae ante mausoleum statuerentur, tertio breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniae in aerario et fiscis et vectigaliorum residuis. adiecit et libertorum servorumque nomina a quibus ratio exigi posset.

γα ἃ ἔπραξε πάντα, ἃ καὶ ἐς χαλκᾶς στήλας πρὸς τῷ ἡρῴῳ αὐτοῦ σταθείσας ἀναγραφῆναι ἐκέλευσε[72]). *τὸ τρίτον τά τε τῶν στρατιωτῶν καὶ τὰ τῶν προσόδων τῶν τε ἀναλωμάτων τῶν δημοσίων τό τε πλῆθος τῶν ἐν τοῖς θησαυροῖς χρημάτων καὶ ὅσα ἄλλα τοιουτότροπα ἐς τὴν ἡγεμονίαν φέροντα ἦν εἶχε, καὶ τὸ τέταρτον ἐντολὰς καὶ ἐπισκήψεις τῷ Τιβερίῳ καὶ τῷ κοινῷ, ἄλλας τε καὶ ὅπως μήτ' ἀπελευθερῶσι πολλοὺς, ἵνα μὴ παντοδαποῦ ὄχλου τὴν πόλιν πληρώσωσι, μήτ' αὖ ἐς τὴν πολιτείαν συχνοὺς ἐσγράφωσιν, ἵνα πολὺ τὸ διάφορον αὐτοῖς πρὸς τοὺς ὑπηκόους ᾖ* (cf. Suet. Aug. 40 p. 56, 18 sqq.), *τά τε κοινὰ κτλ. γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε τοῖς τε παροῦσιν ἀρκεσθῆναι καὶ μηδαμῶς ἐπὶ πλεῖον τὴν ἀρχὴν ἐπαυξῆσαι ἐθελῆσαι· δυσφάλακτόν τε γὰρ*

provinciae, tributa aut vectigalia et necessitates ac largitiones. quae cuncta sua manu perscripserat Augustus addideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu an per invidiam.

---

72) sequentibus praesertim Suetonii et Dionis verbis inter se comparatis apparet ne hoc quidem loco ab ipso Suetonio Dionem pendere, ut Mommseno visum est (in commentario mon. Anc. p. 3).

αὐτὴν ἔσεσθαι καὶ κινδυνεύσειν ἐκ τούτου καὶ τὰ ὄντα ἀπολέσαι ἔφη.

Tacitus 1, 8.
tum consultatum de honoribus. ex quis maxime insignes visi hi, ut porta triumphali duceretur funus, Gallus Asinius, ut legum latarum tituli, victarum ab eo gentium vocabula anteferrentur, L. Arruntius censuere. addebat Messalla Valerius renovandum per annos sacramentum in nomen Tiberii. . . conclamant patres corpus ad rogum umeris senatorum ferendum. remisit Caesar adroganti moderatione populumque edicto monuit ne, ut quondam nimiis studiis funus Divi Julii turbassent, ita Augustum in foro potius quam in campo Martio, sede destinata, cremari vellent.

Suet. Aug. 100 p. 84, 22 sqq.
senatus et in funere ornando et in memoria honoranda eo studio certatim progressus est ut inter alia complura censuerint quidam funus triumphali porta ducendum praecedente Victoria quae est in curia, canentibus neniam principum liberis utriusque sexus; alii exsequiarum die ponendos anulos aureos ferreosque sumendos; nonnulli ossa legenda per sacerdotes summorum collegiorum. fuit et qui suaderet appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam, quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset; alius ut omne tempus a primo die natali ad

Dio 56, 34, 3.
καί τις καὶ τοῦ Πομπηίου τοῦ μεγάλου εἰκὼν ὤφθη τά τε ἔθνη πάνθ' ὅσα προσεκτήσατο ἐπιχωρίως σφίσιν ὡς ἕκαστα ἀπῃκασμένα ἐπέμφθη. κἀκ τούτου καὶ τὰ ἄλλα αὐτοῖς ὅσα ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴρηται ἐφέσπετο.
56, 42, 1. 2 μετὰ δὲ τοῦτο τὴν κλίνην οἱ αὐτοὶ οἵπερ καὶ πρότερον ἀράμενοι διὰ τῶν ἐπινικίων πυλῶν κατὰ τὰ τῇ βουλῇ δόξαντα διεκόμισαν. παρῆν δὲ καὶ συνεξέφερεν αὐτὸν ἥ τε γερουσία καὶ ἡ ἱππάς, αἵ τε γυναῖκες αὐτῶν καὶ τὸ δορυφορικόν, οἵ τε λοιποὶ πάντες ὡς εἰπεῖν οἱ ἐν τῇ πόλει τότε ὄντες. ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν πυρὰν τὴν ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ ἐνετέθη κτλ.[73])

73) ex anno 757 conferri potest Suet. Tib. 15 p. 93, 33 sqq. cum Dione 55, 13, 2 (ap. Reich. p. 21); ex anno 716 Tacit. ann. 1, 10 cum Dione 48, 43 fin. 44, 1. 2.

exitum eius saeculum Augustum appellaretur et ita in fastos referretur . . . [verba h. l. posita supra cum Dione 56, 34, 4 comp.] senatorum umeris delatus in Campum crematusque. (sequentia cum Dione contuli supra.)

De aliis tamen rebus Dio et Tacitus ut inter se consentiunt ita a Suetonio discrepant. primum enim Dio (56, 31, 1 cf. Tacit. a. 1, 5 fin.) plerosque eosdemque fide dignissimos scriptores tradidisse dicit Tiberium Augustum Nolae iam mortuum repperisse, Tacitus hanc rem diiudicare non audet: contra Suetonius eam dubitationem ignorat Aug. 98 fin. Tib. 21 Augustum in vivis adhuc fuisse pro certo affirmans (Reich. p. 9. 31 Christ. p. 12)[74]; quare etiam eo in universum Tacitus et Dio congruunt quod hic mortem Augusti non prius refert divulgatam esse quam post Tiberii adventum, ille mortem tam diu dissimulatam perhibet quoad simul Tiberium rerum potiri nuntiatum sit, cum Suetonius Tib. 22 in. hoc enarret ‚excessum Augusti non prius palam fecit [sc. Tib.] quam Agrippa iuvene interempto‘.

74) cum Suetonio facit Velleius 2, 123, 1. — totam hanc Vellei §. Reich. p. 9 a Suetonio Aug. 97. 98 exscriptam esse putat; sed ut mittam Velleium alibi nunquam a Suetonio ad partes vocatum cerni, in Suetonii fonte de ‚secreto‘ Augusti cum Tiberio sermone verba facta fuisse inde apparet quod haec enuntiatio et hoc loco et Tib. 21 apud Suet. reperitur: quam tamen in Velleio frustra quaerimus. quare consensum illum, qui sane interdum usque ad verba pertinet, ad Vellei potius fontem h. e. coaevi scriptoris narrationem, qui quidem rumorem illum immaturae Augusti mortis dedita opera silentio praetermisit, (fortasse Julium Marathum) referam.

deinde suspicio eorum qui Augustum a Livia veneno interemptum putabant a Dione (56, 30 in.) et Tacito (1, 5 in. ex quo Vict. ep. 1, 26) memoratur, plane autem reticetur a Suetonio (Reich. p. 26. 31 cf. 9). quem igitur his locis Dio et Tacitus communem auctorem secuti sunt, eum Suetonius non adhibuit. (e Tiberii historia simile exemplum Reich. p. 31 attulit.)

Num denique Dio quod refert 56, 30, 3. 4 de moriente Augusto *ἀρρωστήσας τούς τε ἑταίρους συνεκάλεσε καὶ εἰπὼν αὐτοῖς ὅσα ἔχρῃζε τέλος ἔφη ὅτι τὴν Ῥώμην γηίνην παραλαβὼν λιθίνην ὑμῖν καταλείπω. τοῦτο μὲν οὖν οὐ πρὸς τὸ τῶν οἰκοδομημάτων αὐτῆς ἀκριβὲς ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς ἀρχῆς ἰσχυρὸν ἐνεδείξατο* errore pro eis posuerit quae leguntur apud Suetonium Aug. 28 p. 50, 36 sqq. (quem locum hic iam Reich. p. 21 adscivit) ‚urbem . . excoluit adeo ut iure sit gloriatus marmoream se relinquere quam latericiam accepisset' (unde Vict. ep. 1, 19) in medio relinquo [75]. — —

De ratione quae in Augusti principatu tractando inter Tacitum et Dionem intercedat Froitzheimius iam l. l. p. 27—30 insigni exemplo non Tacito ipso Dionem [76]) sed utrumque communi auctore usum esse luculenter demonstravit. cum igitur complures earum rerum quibus in describendis hi duo notabiliter inter se conspirant eodem pacto etiam a Suetonio relatas invenerimus, ad ipsum hunc auctorem omnes istos trium scriptorum locos tanquam ad

---

75) eodem modo quo Dio et probabiliter secundum hunc illud Augusti dictum explicat Cedrenus t. 1 p. 301, 15 sq. *συγκαλέσας δὲ [ἐν τῷ τέλει] τοὺς βουλευτὰς* (sic!) *εἶπε „πηλίνην παραλαβὼν τὴν Ῥώμην λιθίνην ὑμῖν αὐτὴν καταλέλοιπα“ διὰ τὸ περιὸν τῆς δυνάμεως.*

76) cuius rei quod ultimum Fr. attulit argumentum, non esse veri simile Tacitei operis praefationem a Dione excerptam esse, in omnes qui huc pertinent locos pariter cadit.

fontem revocare non dubitabimus. sed etiam per se nemo opinor qui Suetoniana cum similibus Dioneis diligenter comparaverit hunc ex illo hausisse sibi persuadebit.

Quisnam autem is trium horum rerum scriptorum communis auctor fuerit, de hac re liquet certum iudicium ferri omnino non posse; si quid tamen coniectura augurari liceat, mihi quidem ut hoc credam animum maxime inclinare fatear consensum illum repetendum esse ab Aufidio Basso a tribus illis in usum converso, quem Augusti saltem Tiberiique usque ad a. 784 tempora persecutum esse Mommsenus (in comm. Sax. vol. 8 p. 551. 558 sq.) evicit et quem ex Clasonii sententia (de Tac. et Suet. p. 75) Tacitus in his temporibus memoriae mandandis auctorem quem potissimum sequeretur sibi delegit.

Num ceteroqui Dio forsan ipsis Suetonii Caesarum vitis (Tacitum sane videtur — iuxta alios — adhibuisse) usus sit — quae Rothii sententia Gustavo Beckero in Fleckeiseni annal. 1863 p. 196 et Reifferscheidio Suet. rel. p. 470 probatur — hoc loco investigandum non est: certe ad hanc quaestionem solvendam nihil prorsus valere locum Dioneum 64, 11—13 quem Suetonio Oth. 10 in. deberi Rothius (praef. in Suet. p. XVII) — et ante eum Wiedemannus de Tac. Suet. Plut. C. Dion. scriptoribus imperatorum Galbae et Othonis Berol. 1857 p. 36 sq. — censuerat (cui quidem assentiuntur Reifferscheidius l. l. et Peterus de font. hist. imp. Flav. Hal. 1866 p. 54) recte iam observatum est ab eodem Beckero l. l. et a Christenseno (cui iniuria adversatur Sickelius de fontibus a C. Dione in conscribendis rebus inde a Tiberio usque ad mortem Vitellii gestis adhibitis Gotting. 1876 p. 20) l. l. p. 11. quod vero ad Neronis rerum attinet enarrationem, pluribus Rothii opinionem refellere conatus est Christens. p. 12—19; omnino denique in conscribendis rebus a Tiberio ad Vitellii mortem gestis Suetonium a Dione nus-

quam adhibitum esse (excipit solam rem illam singularem de qua ut modo dixi ad eius sententiam non esse accedendum puto) Sickelius libello citato probabile reddidit.

APPENDIX.

ARMINIUS QUO ANNO FUDERIT VARUM.

Non de loco solum verum etiam de tempore cladis illius Romanorum qua, ut Flori utar verbis, factum est ut imperium quod in litore Oceani non steterat in ripa Rheni fluminis staret iam pridem diverse visum est hominibus doctis. namque cum antea omnes consensisse videantur pugnam quam dicere consuevimus Varianam anno u. c. 762 = p. C. 9 esse commissam, primus quantum video Baronius extitit qui aliter iudicaret. is enim eam in annum sequentem 763 = 10 contulit et Calvisio sententiam suam probavit. neque vero perinde Pagio: qui cladem Varo illatam ad annum 762 pertinere contra illum contendit hisce usus argumentis (critica hist. — chron. in universos annales Baronii ad a. C. 10). primum, inquit, ‚Dio hac clade recitata ait „anno sequenti Tiberius aedem Concordiae sacravit“ quod a. 10 factum; ideoque clades illa Sulpicio Camerino et Poppaeo Sabino coss. [a. 9] acta. praeterea Suetonius Vari interitu narrato inquit in Tiberio cap. 18 „proximo anno repetita Germania . .“ Tiberius autem anno 10 in Germaniam missus. denique Velleius cap. 115 de rebus anno 9 gestis loquens indicat eam cladem populo Romano illatam eo anno quo Lepidus in Pannoniam ad Tiberium venit. Lepidus autem sub Tiberio bellum gessit

sub anni 9 consulibus, ut apud Dionem laudatum videre est'. primum horum argumentorum a Pagio haud dubie prolatum non esset, si eius iam aetate codicis Veneti 395, qui unus omnium optimus est librorum 50, 6—60, 17, scriptura nota fuisset[77]: cf. Gardthausenus in Fleckeiseni annal. 1876 p. 246 et Luettgertus ibid. p. 543. in altera autem qua nititur ratione adhibenda accuratius agendum erat. diserte enim nemo scriptorum perhibet quo anno illa a Tiberio suscepta sit expeditio: quam in annum 763 incidisse, nisi pugnam Varianam anno 762 factam esse iam nobis persuasimus, ex eo demum concluditur quod, cum Tiberii triumphus Pannonicus anni 765 die Jan. 16 actus sit[78]), biennium illud per quod Tiberius secundum Suetonium Tib. 20 in. in Germania versatus est necessario annos 763 et 764 complectitur cf. Fleckeis. ann. l. l. p. 545. quod denique tertio loco Pagius affert argumentum prorsus vanum est. nam quod consules quos proxime ante istam narrationem a Dione vocatos invenimus ei sunt qui anno 762 fasces tenuerunt, inde minime efficitur id re vera huic anno a Dione adscriptum fuisse: nomina enim consulum anni 763 in Dionis libro — ubi certe tradita erant, sicut ex consuetudine ubique in Dionis annalibus conspicua colligitur (cf. etiam index Dioneus p. XXIV fin. ed. Dindorf.

---

77) quamquam nostris quoque diebus Brandes in hac re deteriores libros secutus est (in ephemeride q. i. ‚im neuen reich' 1875 I pag. 751 et in litt. centralbl. 1875 paginul. 1446).

78) diem exhibent fasti Praenestini C. J. L. 1, 312 = 384, consulum autem nomina h. l. casu interciderunt; sed eum triumphum anno 765 adscribendum esse — id quod anno cladis Varianae intellecto luce clarius fit — iam ideo simillimum veri est quod Dio, postquam Tiberium autumno anni 764 in Germaniam rediisse rettulit 56, 25, 3, in rerum inde ab anno 765 usque ad Augusti excessum gestarum enarratione nullam amplius Tiberii expeditionem Germanicam memorat, triumphus vero testibus Velleio 2, 121, 2 et Suetonio Tib. 20 in. eius ex Germania reditum statim excepit.

[vol. 5]) — nobis servata non sunt; si essent, annus cladis Varianae omnino non potuisset in disceptationem vocari. — quae cum ita sint, iure hoc mihi videor affirmare posse Pagium pronuntiasse quidem veram opinionem sed non apte fulsisse: ut taceam non omnia argumenta ab eo ad partes vocata esse quae vocari possunt (collecta ea in Fl. ann. l. l. p. 545—547); at tamen praetermittendum non est primum eius argumentum quod non quadret ad rem vitio ei dari non posse.

Neque vero multo post assecla Baronii Reimarus consulum anni 763 nomina in Dionis loco 56, 12, 2 excidisse sibi aliisque [79]) persuasit. adversarium quidem nactus est Schmidium in Ersch et Gruber Encyclop. v. Hermansschlacht p. 221 (a. 1829), quem tamen eodem pacto ut quondam Pagium subterfugit consulum a. 763 nomina in Dionis opere excidisse et in eo ipso rem verti ut quo loco exciderint diiudicetur.

Cum dein cladem Varianam eodem fere tempore accidisse constet quo bellum Delmaticum ac Pannonicum a Romanis prospere est confectum (cf. Dio 56, 18, 1 Suet. Tib. 17 p. 94, 18 Vellei. 2, 117, 1), mirandum sane est quod Mommsenus victoriam Pannonicam anno 763 (ad mon. Ancyr. 1,22 —24 p. 10 — quamquam sibi non constans bellum Pannonicum gestum ponit [sicut plerique faciunt] ab a. 759 ad a. 762: ad mon. A. 5, 44—49 p. 87) —, cladem Varianam anno 762 tribuit (ad 3, 35—39 ib.

---

79) secuti eum sunt Jo. de Mueller (24 libri hist. univ. 1, 336 ed. tert.), Baumgarten — Crusius ad Suet. Aug. 23 Tib. 16. 17. 20, denique omnes qui post Reim. in Dionis libris edendis operam collocaverunt, videlicet Sturzius Bekkerus Dindorfius. — tanquam rem singularem addere lubet ex Bossii sententia Arminium ‚secundum computationem accuratissimam‘ (secondo il computo più esatto) anno u. c. 759 victoriam suam reportasse (istoria d' Italia antica e moderna vol. 7 — Mediol. 1820 — pag. 156).

p. 46. 50). — postea tamen hanc quoque in a. 763 contulit (C. J. L. 3 p. 280, quem locum citat Abrahamus l. mox cit. p. 12 adn. 32).

Tum anno 1875 Reimari opinioni defendendae dedit operam Brandes commentatione ephemeridi q. i. ‚im neuen reich' inserta I p. 746—751 cf. eiusdem censura (in fine) dissertationis de Alisone deque cladis Varianae loco a Sondermuehleno conscriptae in litt. centralbl. l. l.; adstipulatus ei est Schaeferus in Fleckeis. ann. 1876 p. 248—250, cum vulgatam sententiam amplecterentur Gardthausenus ibid. p. 245—248 Luettgertus ib. p. 541—544 equidem ib. p. 544—549.

Eodem autem anno (1875) quo commentatio Brandesii in lucem prodierunt Abrahami animadversiones ad historiam spectantes bellorum Germanicorum et Pannonicorum Augusto imperante gestorum (progr. Berol.). huius libelli quae mihi nuper legenti impugnanda visa sunt ad rem de qua ago pertinentia, eorum unam rem hoc loco paucis tractare liceat, cum alia quaedam refellere non iam opus esse videatur. scriptor enim, qui et ipse belli Pannonici finem clademque Varianam anno 762 assignat, ad hanc sententiam probandam hoc inter alia affert (p. 13). ‚pugna a Velleio 2, 112, 4—6 descripta eadem est quam Dio 55, 32, 3 a. 760 apud paludes Volcaeas commissam esse dicit. eundem in annum incidunt quae Velleius cap. 113 refert, hiberna igitur ibid. §. 3 memorata spectant ad a. 760/61, hiberna 114, 5 ad a. 761/2. his autem praefectum esse Lepidum ubi scripsit ita pergit Velleius 115, 2 „initio aestatis Lepidus educto hibernis exercitu — pervenit ad Caesarem", quae verba sequitur narratio belli exeuntis. ea vero aestas nulla esse potest nisi anni 762'. re vera quidem Velleianus ille locus de aestate anni 762 accipiendus est: sed ita eum accipiendum esse neque a Dione expresse traditur, quae sententia erat Pagii, neque ita efficitur ut Abrahamus putat, sed

tum demum ad liquidum perduci cum annus exeuntis belli Pannonici aliunde iam constitutus sit pro certo habeo. pugna enim de qua Velleius 2, 112, 4—6 fusius exponit neutiquam eadem est quam Dio 55, 32, 3 breviter perstringit: licet duo illa proelia inter se similia sint et in utroque idem Romanorum dux A. Caecina Severus appareat, tamen narratio huius pugnae apud Velleium tam arte cohaeret cum eiusdem capitis initio, quod quidem ad a. 759 pertinere ipse Abrahamus p. 14 asseverat[80]), ut ad unum eundemque annum spectare putanda sit; neque quadrat ad hanc rem expediendam locus ad quem ille p. 14 provocat Dionis 55, 30, 6, ubi scriptor medio quidem in enuntiato ab anno 759 ad a. 760 transit, sed tamen anni 760 initium clare indicat. itaque mea sententia Velleianus locus ad id referendus est quod Dio s. a. 759 tradit 55, 30, 3, duos Batones Severo acriter restitisse: quocum non pugnat quod Velleius dicit postremo Romanos victoriam sibi vindicasse. nam cum hos quoque detrimentum haud parvum cepisse ipse Velleius testetur, in universum utrique pari fortuna usi erant. eis quae apud utrumque sequuntur Dio et Velleius consentientes referunt (Dio l. l. §. 4 Vellei. 2, 113, 3) hiemis initio Tiberium Sisciam se contulisse[81]). quod autem Velleius silentio praetermittit Tiberium haud

80) pugnam a Velleio hic relatam Messalini eandem esse quam Dio 55, 30, 2 narrat Abrah. p. 13 adn. 36 vidit; et cum apud Dionem quoque h. l. pugnae istius prioris Severi descriptio subsequatur, eo magis illa sententia mihi probatur. — quod ad scriptoris sententiam hac adn. expositam attinet ex qua Dio c. 30, 3—6 male easdem res repetat quas iam c. 29, 3—4 narraverat, monendum videtur esse hac certe re duas relationes inter se discrepare quod 29, 4 Bato primo quidem victus, dein autem victor, 30, 6 autem Pannonii fusi dicantur.

81) ita etiam Sauppius statuit in mus. Helvet. vol. 1 p. 140.

multo post contra hostes castra movisse (Dio §. 5), id mirum videri non debet, cum ex Dione comperiamus Tiberio Pannonios manus conserendi occasionem non praebuisse; et cum insequenti quoque anno 760 copia Tiberii laudibus efferendi deesset — solus Germanicus aliquid memoratu dignum fecerat (Dio 55, 32, 4) —, Velleius de hoc anno pariter tacet. capite enim 114 de anno 761 (quod ex comparatione Dionis elucet), c. 115 de a. 762 eum agere recte Abrah. animadvertit.

Jam finem facturus non supervacaneum esse duco accurate indicare ubi viri illi docti quorum sententias in Fleckeis. ann. p. 548 sq. refutare studui de illa re exposuerint. his autem locis iudicia eorum in medium prolata reperies:

Dederich historia Romanorum et Germanorum ad Rhenum inferiorem, praecipue in Chamavorum finibus (Embricae 1854) p. 80 sq.

Giefers de Arminio liberatore Germaniae (Paderbornae 1875) p. 11 et aliis olcis.

Reinking de bellis a Romanis in Germania gestis (Monasterii 1863) p. 165 sq.

Huelsenbeck de Alisone castello Romano (Paderbornae 1873) p. 34.